VICTORIA PORcheti aduerſus impios Hebręos, in qua tum ex ſacris literis, tum ex dictis Talmud, ac Caballiſtarũ, et aliorũ omniũ authorũ, quos Hebręi recipiũt, monſtratur veritas catholicę fidei.

EX RECOGNITIone. R. P. Aug. Iuſtiniani ordinis Prędicatorij, epiſcopi Nebienſis.



Cum gratia et priuilegio.

Aug.Iuſtinianus/prædicatorij ordinis,epiſcopus Nebienſis G.Paruo epiſcopo Trecenſi,ac regię cõfeſſionis auditori. S.

NVnquam mihi probatus eſt venerande antiſtes/ mos illorũ/ qui vbi nacti ſunt rarũ aliquod ac bonæ farraginis literarium monumentum/ſeponunt ac veluti ruderibus integentes recondunt/ſeruum illum euangelicum imitati quem dominus reprehendit & damnat/quod talentum ſibi creditum defoſſum in terra occuluiſſet. Quid enim obſecro/aliud hi facere videntur/quam defraudare auctores/laude & merita gloria, ſtudioſos, non ſolum delectatõe:ſed & precioſis fructibus,& maximis compendijs, quę ipſa bonarum literarum ſtudia pariunt? Nonne bonum quanto communius,tanto quoq; diuinius? At hi perinde quaſi ſibi tantum, nõ item alijs ſint nati,ſe ſolos dignos ducunt,quorum vtilitati cõſulatur,cũ cõtra oĩbus ex æquo ꝓdeſſe,lõge ſit præclariſſimũ ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ, κάλλιον δὲ καὶ θειότερον, ἔθνει καὶ πόλεσιν Nos vero ſecus,atq; illi ſentiẽtes/enitimur cõicare omnibus,quæcunq; ipſi/magno labore/nõ vulgari dili gẽtia: nec mediocri ſũptu ſumus cõſequuti.En itaq; tibi atq; adeo ſtudioſis oĩbus Porchetivictoria aduerſus hebræos:opus ꝓculdubio/omniũ qui in hac ſe exercuere palæſtra/nobiliſſimũ.Demiratus aũt ipſe ſum non ſemel,quonã pacto homo chriſtianus,chriſtianis natus parentibus, ſed et Genuæ,qua in vrbe ob religionis reuerentiam, Iudæis interdicitur habitatione,potuerit omnia luſtraſſe, quæ apud hebræos habẽtur, quãdo pene infinita cẽſeantur.Nam pręter תלמוד talmud,quod ſex cõprehenſum ordinibus(ſic enim ipſi vocant)continet ſupra ſeptuaginta magnos libros. habent פשטים Peſſatim,hoc ẽ expoſitores qui in literali verſantur ſenſu. habẽt דרשנים Darſſanim qui allegoriã ſequũtur,hñt מקבלים Micobali.i.caballiſtas,quibus peculiare ẽ oĩa/in Deum reducere/ habẽt & multos alios varij generis ſcriptores/ quorum omnium libri ſi in vnum redigantur/immenſam cõficiant ſtruem.Hos tamen omnes ita citat Porchetus/ita eorum non modo ſententias/ſed & verba/ quin & apices ipſos/in librum ſuum reponit/vt credas illum toto vitę tempore in hebræorũ ſcholis verſatũ Fatetur nihilominus(nimirum vt fuit candidus ac ingenuus)ſe in ſtructura ędificij ſui adiutum a Pugione (ſic enim liber inſcriptus eſt) Raimũdi Martini Gotalani noſtræ prædicatoriæ familiæ alumni/quem ſuſpicor qñq; hebræum fuiſſe . Nã mihi non eſt credibile,potuiſſe chriſtianum hominem,eundẽq; cartuſienſem monachum ſine hebræi cuiuſquã auxilio: hebræorũ theſauros ita depillaſſe. Noui ſiquidem quam non libenter , in ſuarum literarum adyta nos admittat, gens illa peruicaciſſima.Expertus ſum equidem quantis ſit opus laboribus,vigilijs,ſumptibus,auxilijs deniq;,volẽtibus hebræorũ penetrare ſecreta. His tamen omnibus ip̄e vtcũq; inſtructus, legi i hebræorũ monumentis bonam partem eorum q̃ citantur, tum a Raimundo,tum a Porcheto,vt nullus reliquus ſit dubitationi locus de allegationũ fide:poſſumq; rei huius locupletiſſimã apud vnũquemq; fidem facere,atq; id teſtimonio librorum vnde deſumpta eſt hæc precioſa ſupellex: quos ferme omnes mihi comparaui,obſeruoq; apud me perinde ac Reges margaritas & gemmas.Dicauimus vero librum tibi:cum multis alijs nominibus,tum in primis quod nouimus te antiquitatis & ſtudioſiſſimum & obſeruantiſſimũ: earum pręcipue rerum q̃ ad pietatem & religionem conducunt. Ea autem quibus ſuam eſt adeptus Porchetus victoriam: antiqua ſatis cenſentur: vt quę ante aut certe non multo poſt Chriſti dñi noſtri tempora conſcripta ſunt. Vale Parrhiſijs calendis Aprilis. M. D. XX.

¶ In nomine domini. Amen.

¶ Incipit liber Uictorie a Porchero de Saluati cis Genuẽſi diuina fauẽte grã compilato / ad Judaicã ꝑfidiã ſubuertẽdam. et vt preſtantius veritas fulgeat fidei chriſtiane.

IN nomĩe dei altiſſimi ꝗ eſt trinus et vnus: ꝗ cũcta ex nihilo creauit / a quo ꝓcedit oẽ datũ optimũ. necnõ ſciẽtia ſciẽtibꝰ et ſapiẽtia ſapiẽtibus. Tanq̃ imbecillis ⁊ inſciꝰ opus aggredior ſupra vires. Tribuat igitur mihi exiguo ſeruo ſuo: ſperanti de eius adiutorio ipſe qui eſt alpha et o. i. principiũ ⁊ finis. vberẽ gratiã incipiendi / proſequendi / ⁊ finiẽdi opꝰ: quod ſit laus / honor / ⁊ gloria dñi noſtri Jeſu Chriſti ꝗ eſt benedictꝰ in ſecula. Et ad eiuſdẽ reuerentiã et deuotionem: ⁊ fidei defenſionẽ / ac Judeorũ infidelium mentis compunctionẽ et verã conuerſionem. Si aũt fortaſſe aliquid incongruum referam: malicie nequaq̃ imputetur: ſed potius ſimplicitati et imperitie. Nihilominꝰ tñ cui datũ fuerit iuxta ſuã ꝓudentiam corrigat corrigẽda. ¶ Libellũ aũt iſtũ Uictoriã nũcupamus: eo ꝙ ꝑ eũ Judei facile cõuincuntur ac eorum conſcientie non modicuꝫ penetrantur. In iſto vero libello in pluribus non ſequar beati Hieronymi textũ ſeu tranſlationẽ: cũ i multis ꝓculdubio diuertat a litera. Nã ſepius ſe habet aliter q̃ hebraica veritas: quia in pluribus ſecutꝰ eſt magis ſententiam / q̃ litere textum: quia quidem ſic valide Judeis nequit concludi. Sed vt oĩs eoꝝ excuſatio deſinat / et vt facilꝰ refellant: ſequar literam codicũ Hebreorũ. veteris. ſ. teſtamenti: ſecũdũ ꝙ tranſlatũ eſt a fratre Raimũdo Martino hiſpano ordinis predicatoꝝ de ꝑtibus Cathalonie. a quo ſumpſi huiꝰ libelli materiam in pleriſqꝫ cõpilãdi. Qui fuit vir eximius tam in ſcripturis Hebraicis / et Arabicis / q̃ Latinis. Qui quidẽ in prohemio ſui pugionis ait. Materia huiꝰ libelli duplex ẽ. Prima et pñcipalis. auctoritates legis ⁊ prophetaꝝ. totiuſqꝫ veteris teſtamenti. Secũdaria vero quedã traditiões q̃s in Talmud et i Medraſſim. i. in traditionibus ⁊ gloſſis antiquorum iudeorũ reperi. ⁊ tanq̃ margaritas quaſi de quodã maximo fimario ſuſtuli nõ modicũ letabũdus. Quas quidẽ in latinũ deo iuuante transferã ⁊ inducã ſuis locis atqꝫ interſeram prout mihi viſum fuerit expedire. Has autem traditiones quas vocant tora ſibba alpe. i. legem oretenus. Deũ moyſi ſimul cũ lege in monte ſinai credunt et referunt tradidiſſe. Deinde Moyſes vt aiũt tradidit eas Joſue diſcipulo ſuo. Joſue vero ſucceſſoribꝰ ſuis. Et ſic alterutrum deinceps donec ꝑ Rabinos antiquos cõmẽdate ſunt ſcripto. Hoc aũt videlicet ꝙ deus huiuſmodi dederit Moyſi in monte Sinai de omnibus que ĩ Talmud ſunt credere propter innumeras abſurditates quas cõtinet. nihil aliud reputandum eſt q̃ precipitate mentis inſania. De quibuſdam vero que veritatem ſapiunt ⁊ dicta prophetaruꝫ ſanctorumqꝫ patruꝫ oĩno redolent / ⁊ pretendũt et chriſtiana fideꝫ vt hoc in libello patebit miro valde modo et incredibili exprimũt: modernoꝝ vero ꝑfidiã iudeoꝝ deſtruũt ac cõfundunt: nõ arbitror diſcredendũ. Quin et a Moyſe ⁊ prophetis et reliquis patribus ſanctis vſqꝫ ad eos ꝗ eas ſcripſerunt / ſucceſſiue potuerint ꝑueniſſe. immo nullatenꝰ talia aliunde q̃ a prophetis et patribꝰ ſanctis cogitare poſſumus deuepiſſe. Cũ eiuſmodi traditiones his que iudei de meſſia et de aliis q̃plurimis a xp̃i tempore vſqꝫ nunc ſentiũt / ſint omnino ꝯtrarie. Hinc ergo iſta talia nõ erunt reſpuenda q̃q̃ apud tam perfidos ſint a nobis reperta: vt nullus ſani capitis reſpuit: eo ꝙ apud tales inuenit legem atqꝫ prophetas. Lapidẽ etiaꝫ precioſum prudẽs nequaq̃ deſpicit lꝫ inuentꝰ fuerit in draconis capite vel buffonis. Mel quoqꝫ ſputum eſt apum / vel aliud aliquid forſitan minꝰ dignum habentiũ quidẽ venenoſum aculeũ: non tamen reputandus erit inſipiens qui illud in ſuo ſuorumve vſus ꝑutiles ꝯuertere nouerit: dũ modo nocumentum aculei ſciuerit deuitare. Non reſpuamus igitur traditiones eiuſmodi: ſed potius amplectamur. tũ propter ea ꝗ ſunt: tũ etiam quia nihil ad confutandam iudeorũ impudentiã reperiẽ tam validum: nihilqꝫ ad eoꝝ cõuincendã nequiciã tam efficax inuenitur. Deniqꝫ ꝗd iocundiꝰ xp̃iano q̃ ſi diſtorquere facillime poterit de manibus hoſtiũ gladiũ. ⁊ exẽplo Dauid mucrone ꝓprio caput infideliũ ꝓſcindere? Aut inſtar Judith ipſius arepto pugione trũcare? Ceterũ inducendo auctoritates textus vbicũqꝫ ab hebraico fuerit deuiatũ. Nõ. lxx. ſequar. nec interpretẽ alium. Et ꝙ maioris preſumptionis videbitur. nõ etiaꝫ ipſum in hoc reuerebor Hieronymũ. nec tolerabilẽ latine lingue vitabo iproprietatẽ / vt eorũ que apud hebreos ſunt ex verbo in verbum quotienſcũqꝫ ſeruari hoc poterit / transferã veritatẽ. Per hoc enim iudeis falſiloquis lata valde ſpacioſaqꝫ ſubterfugiendi precluditur via: cũ minime poterunt dicere nõ ſic haberi apud eos. vt a noſtris contra ipſos me interprete veritas inducet. Porro mordere fortaſſis me deſinẽt: ꝗ beatum Hieronymum audiẽt: qui ſuper illud michee in Geth. Nolite annunciare ad Paulam et Euſtochiũ dĩc. Multum inquit hebraicum a. lxx. interpretatione diſcordat. Et tantis tam mea q̃ illorũ tranſlatio difficultatibus inuoluta eſt vt ſpiritus dei: auxilio indigeremus. Ad occeanum etiã his verbis ait. Ueni rurſum hieroſolymã ⁊ bethleem: vbi labore precii Barceminũ nocturnum habui iudeum preceptorem: timebat eniꝫ iudeos et exhibebat ſe mihi aliũ Nichodemum. In epiſtola quoqꝫ ad Auguſtinuꝫ ꝙ mõ ſcripſit. De ipſo Hebraico quod intelligebamus expreſſimus ſenſum potius veritatem q̃ verborum interdũ cõſeruantes. Hec Hieronymus. Et ſubdit idem Raimũdꝰ. contra illos qui ſepiꝰ arguũt quicquid

ipſi nō fecerint / ⁊ oīa fere vituperāt / ꝙ ignorāt / quare / et hoc ꝓculdubio reprehenſuri ſunt. Sint itaqꝫ h̄ mihi circūquaqꝫ pro muro. Ruſus vero nouerint qui eiuſmodi ſunt: in plurimis ſacre ſcripture locis veritatem: multo planius atqꝫ perfectius haberi ꝓ fide chriſtiana in litera hebraica: ꝙ in tranſlatione noſtra. Verbi vero grā de innumeris vnū dixiſſe vel induxiſſe ſufficiat. Circa principiū igit̄ Abacuq prophete dič interpres noſter. Aſpicite in gentibus. ⁊c. Quia op⁹ factuꝫ eſt in diebus nr̄is ꝙ nemo credet cuꝫ narrabitur. Hebraicum vero ꝯtinet. Quia opus fiet in dieb⁹ noſtris ꝙ non credetis cuꝫ narrabit̄. Opus iſtud ſiue ad literaꝫ de Nabuchodonoſor: ſiue myſtice de Chriſti incarnatione intelligatur: in omni euētu ſi velimus facere vim in verbo: non videtur litera noſtra cōſona veritati / cum dicit. Nemo credet. Primum enī cū de Nabuchodonoſor intelligitur: oēs Judei credūt. Scōm vero h̄ eſt cum de Chriſti incarnatione exponitur: Gentiles innumeri ⁊ Judei aliqui vꝫ apoſtoli / crediderunt. Sicqꝫ noſtra predicta trāſlatio de ſenſu hebraico in talem ſenſum tranſlata / iſtius modi recipiēdo calumpniā. nemo credet. i. rarus cōpellit nos dicere. Litera vero Hebraica nullam calūpniam recipit. Jmmo qđ nobis multū debet eſſe iocunduꝫ / vt de incarnatiōis Chriſti opere: mirādo nō modicū ac ſtupendo ꝙ in iudeorū diebus. i. dum ipſi adhuc tenebāt ꝓmiſſiōis terrā factū eſt: intelligēdū ſit: euidentē neceſſitatē īportat. Nulla quippe opera in dieb⁹ Judeorū facta diſcredūtur ab eis qn̄cūqꝫ narrantur opere incarnationis et his ꝙ opus ipſum ſecuta ſunt et ſequūt̄ excepto. Si autem adhuc ꝯtēnioſe quis ducit̄ ꝯtra iſta: Paulum ſibi mecū nouerit obuium: qui teſte Luca. in. 13. Act. Chriſtū iudeis per hec verba predicās et affirmās: nō literā noſtram ſed potius Hebraicam imitatus eſt dicēs. Quia opus operor in diebus veſtris ꝙ nō credetis ſi quis enarrauerit vobis. Opus operor. i. incarnationē Xp̄i. Dicit gloſa ꝙ nō credetis negātes incarnationē: ſi quis enarrauerit vobis. Hec dicta ſufficiāt cōtra illos qui reprehenſuri erāt ſi nō eos ante placaſſem. Si vero placari noluerint magna mihi erit ꝯſolatio iperitorū vel inuidorū iudicio: taliter errare cū Paulo. Huc vſqꝫ frater Raim. ¶ Huius autem libelli tenor diuiditur in duas partes. Cuius p̄ma pars cōtinet capitula vigintiquatuor: in qua magis et preſtāti⁹ diſtīguit̄ de humanitate Meſſie ſiue xp̄i ꝙ de diuinitate eiuſdem. ¶ Scđa vero ꝯtinet capitula. xvj. Jn qua magis habetur de diuinitate ipſi⁹ ꝙ de humanitate: vt a ſcrutātibus manifeſte poterit intueri. Ut aūt quedam nomina Hebraica proferri latinis literis habilius valeant vna figura talis. ç. ex. c. ⁊. ꝫ. ꝯpoſita noſtris literis producatur. ꝙ talem ſonū decebit habere cum. a. o. ⁊ u. qualem habet. c. cum precedit. e. ⁊. i. Jn fine vero ſyllabe vel dictōnis ſonabit inter duas literas videlicet. c. ⁊. ꝫ. Litera vero noſtra que. k. dicitur pro caſ. Judeorū que aſpere ſonat ſepius apud eos: ſepius ſimiliter inducetur. Jgitur caueat qlꝫ ſcriptor ne literas alteret dictionū Hebraicaruꝫ ſubſequentes: ne proferēdi alteret ꝓprietatem.

¶ Capitula prime partis.

¶ Capitulū p̄mū de diuiſione Hebreoꝝ in Jſrael ⁊ Juda. ⁊ de diuiſione Judeoꝝ tp̄e Chriſti in Judeos ⁊ Chriſtianos.

¶ Capitulū ſcōm ꝙ ſceptrum receſſit de Juda ⁊ qn̄ ⁊ quō ⁊ q̄re. Quapropt̄ probat̄ Meſſiā veniſſe ⁊ ꝙ tūc miracula de tēplo receſſerūt oīno.

¶ Capitulū. 3. de ſeptimanis. lxx. dictis a Daniele / ⁊ q̄liter incipiēde / proſequēde ⁊ finiende ſunt Et q̄lr ipſa auctas ſit exponenda. Et ꝙ Xp̄s occiſus fuit in fine vltime ebdomade.

¶ Capitulū. 4. de obiectiōibus Judeoꝝ ꝙ xp̄s nundum venit. ⁊ qualiter eis reſiſtitur.

¶ Ca. 5. Adhuc de obiectōib⁹ Judeoꝝ quod xp̄s nō venit.

¶ Ca. 6. Jn quo ꝓbatur ſecundum Talmud Judeorum: quod xp̄s venit.

¶ Ca. 7. Quod tēplū tertio non reedificabitur: nec habitabunt Judei terram ſuam vlterius. Et ꝙ pauci Judei ſaluari debuerunt ad tempus meſſie: ſed penitus debeant deſtrui. Et erunt in perpetuū reprobati donec Judei extiterint.

¶ Ca. 8. de peccato primi tēpli ⁊ vltimi ⁊ de cauſa huius captiuitatis Judeorum.

¶ Ca. 9. Quod ꝓmiſſiōes Judaice ſunt ſemper fere cum conditione.

¶ Ca. 10. de falſis duob⁹ meſſiis Judeorū quos fecerunt vnū poſt alterū poſt paſſioneꝫ xp̄i. ⁊ de ſtulta opinione de Meſſia quē Judei venturū expectant. ⁊ ꝙ aliqui Judei duos meſſias expectāt vēturos.

¶ Ca. 11. Quod domin⁹ Jeſus xp̄s fecit miracula ſecunduꝫ Judeos. ⁊ qualiter fecit ea vt mentiūtur. Et ꝙ apoſtoli fecerunt miracula in nomine Chriſti.

¶ Ca. 12. ꝙ apoſtoli ⁊ alii fideles ſunt ſemen ⁊ filii Jſrael.

¶ Ca. 13. ꝙ Meſſias dicit̄ Dauid ⁊ Salomō ī diuina pagina ſcōm Hebreorū ſcripturas.

¶ Ca. 14. ꝙ Meſſias dicitur lapis in diuina pagina ⁊ in ſcripturis hebraicis.

¶ Ca. 15. Quod Judei plurima abraſerunt de diuina pagina valde digna.

¶ Ca. 16. ꝙ meſſias. i. xp̄s debebat pati. ⁊ etiam deus ſecundum auctoritates expoſitas in Talmud.

¶ Ca. 17. Quod Adam ⁊ Eua fuerūt deo culpabiles. qua pp̄ totum humanum genus eſt corruptum.

¶ Ca. 18. Quod omnes propter originale peccatum deſcendebant ad infernum vſqꝫ ad Xp̄ꝫ. nec inde eximebantur patres ſancti. Et ꝙ Xp̄s liberare debebat captiuos inferni.

¶ Ca. 19. de reſurrectiōe Chriſti ⁊ omnium defūctorum in generali iudicio.

¶ Ca. 20. de Chriſti aſcenſione.

¶ Ca. 21. de ſacramento eucbariſtie.

¶ Ca.22.de ſacramento baptiſmi.
¶ Ca.23.de ſacramento penitentie.
¶ Ca.24.de analogia tempoꝛum.

¶ Capitulū primū de diuiſione Hebꝛeoꝛum in Iſrael ⁊ Iuda. Et de diuiſiōe Iudeoꝛū tempoꝛe Chꝛiſti in Iudeos et Chꝛiſtianos.

Quēadmodū diuiſio ꝯtinue vigit inter Iſrael et Iuda. Iſrael.ſ. adoꝛante duos vitulos aureos ꝓ dijs. Ita inter Chꝛiſtianos ⁊ Iudeos: negantibꝰ Iudeis dñi noſtri Ieſu Chꝛiſti ⁊ Chꝛiſtiane fidei veritatē. Uñ ſciendū / ꝙ Iudeis ſciſſura.x. tribuū hoc nomē impoſuit. Antea q̄ppe Hebꝛei vel Iſrael dicebātur. Ex quo aūt ī duo regna populus ille diuiſus eſt: quicūqꝫ ex ēis reges habuērunt de ſtirpe Iude: ſeu de tribu Iuda / Iudei dicti ſunt. Decē vero tribus et q̄cūqꝫ in Samaria regē ſibi ꝯſtituerunt. Iſrael ſunt vocati. Quibus Ieroboam duos vitulos aureos faciens: vnū poſuit in Dan / ⁊ alteꝝ ī Bethel. Dixitqꝫ eis.3.Reg.12.e. Nolite vltra aſcēdere ī Hieruſalē. Ecce dij tui Iſrael q̄ te fecerunt aſcēdere de terra Mizraim.i.Egipti. Ob hoc ⁊ ob alia pctā eoꝝ q̄plurima / qualiter a deo repꝛobati ſunt. huius capituli ſequētia pꝛodūt. ¶ Et p̄mo id qđ legit.4.Reg.17.d. Et dereliquerunt omnia p̄cepta dñi dei ſui ⁊ fecerūt ſibi ꝯflatoꝛie duos vitulos. Et fecerūt lucū et adoꝛauerūt vniuerſaꝫ militiā celi: ⁊ coluerūt Baal: traduxerūtqꝫ filios ſuos et filias ſuas per ignē: ⁊ diuinauerunt diuinatiōes et augurati ſunt et vēdiderunt ſe ad faciendū maluꝫ in oculis dñi ad ꝓuocandū eū. Et iratus eſt dñs vehemēter in Iſrael. Et abſtulit eos deſuꝑ facie ſua: nec remāſit niſi tribus Iuda ſola. Poꝛro Iuda nō cuſtodiuit mandatū dñi dei ſui ⁊ ambulauerūt ī ſtatutis Iſrael q̄ fecerunt: repꝛobauitqꝫ dñs oē ſemē Iſrael: et humiliauit eos. tradiditqꝫ eos in manu diripientiū / vſqꝫquo ꝓiecit eos a facie ſua. Separauit ei vel diripuit Iſrael deſuꝑ domo Dauid. Et regē fecerūt Ieroboā filiū Nabat.⁊c. Ecce ꝑ hūc textū habes et repꝛobationē et cauſam repꝛobationis decē tribuū. ¶ Legit etiā in libꝛo ſanhedrin.i.oꝛdinatoꝛū / in Pereq.i.in diſtinctione Heleq.a.⁊.g. Tradiderunt Rabbanā.i.magiſtri. Decē tribꝰ nō hñt partē in ſeculo vēturo nec ſunt vnq̄ reuerſure. Sicut dictū eſt Deut.29.g. Et euellet eos dñs deſuꝑ terra ſua: in ira ⁊ in furoꝛe et in indignatione ſua magna / in ſeculo.ſ.iſto. Et pꝛoiecit eos ad terrā vltimaꝫ in ſeculo venturo ſicut dies iſta. Quēadmodū dies iſta vadēs ⁊ nō reuertens / ſic ipſi euntes ⁊ nūq̄ reuertētes. Uerba ſūt hec Rabi Aaqiba. Rabi vero Eliezer eſt dicens. Quomodo dies iſta obtenebꝛeſcit / deinde illuceſcit: ita et ipſi. Quēadmodū obtenebꝛeſcet eis: ſic futuri ſunt ex eis quibus illuceſcat. Huc vſqꝫ verba Talmud. Et nota ꝙ iſtud vltimū.ſ. dictū Rabi Eliezer / verificatū eſt tp̄e Chꝛiſti et diſcipuloꝛum eius: qñ multi gentiles q̄ fuerant de decē tribubus. Chꝛiſtiane fidei lūie illuſtrati ſunt. Gentiles quippe cuncti effecti fuerāt: vt ſequens traditio oſtendit. Rurſus eſt notandū / ꝙ ſeculū futurū eſt fere ſemper in ſcripturis Hebꝛaicis tp̄s Meſſie. ¶ In libꝛo iterum ſanhedrin Ieroſolimitano in diſtinctione. Iſti ſunt q̄ non habēt partem ⁊c.ſ. Rabi Eliezer / et Rabi Iehuda: alter eoꝛum retulit ꝙ non iuerunt in captiuitatē Iſrael donec facti ſūt incircūciſi. Alter vero dixit. Nō iuerunt in captiuitatē Iſrael donec facti ſunt Mamzerī.i.ſpurij. Dixit quoqꝫ Rabi Iohanā. Nō ſunt captiuati Iſrael / donec fuerunt.xxiiij. ſecte Minim.i.hereticoꝛū. Ubi ſcriptuꝫ eſt. Eze.ij.b. Fili Adā. Mittens ego te ad filios Iſrael ad Goim. Hanimoꝛdim.i.ad gentes apoſtatrices. Non dixit ad Goi.i.ad gentem: ſed ad Gentiles apoſtatas q̄ apoſtatauerunt a me. Ipſi et patres eoꝛum culpabiles extiterunt in me / vſqꝫ ad diem hanc. ¶ Rurſum etiā ad id qđ dictū eſt in precedēti traditione.ſ. ꝙ Iſrael facti ſunt Mamzerim.i.ſpurij pertinet ꝙ dicitur in ſach.9.c. Et ſedebit Memzer in Aſdod.i.in azoto. Quod de Iſrael foꝛe intelligendū / oſtendit Ionathan filiꝰ Oziel in ſuo Targū.i.trāſlatiōe de Hebꝛeo in caldaicū dicēs Et ſedebūt domus Iſrael in Azoto. Fuerūt eñ ibi vt alieni. Ecce q̄liter transferēdo loco Mamzer poſuit domū Iſrael. ¶ Adhuc ēt ad p̄dictam materiā attinet ꝙ legitur in libꝛo Ieuamot / diſtinctione ſiue Pereq Quindecī mulieres. Traditio eſt. Filie.i. mulieres illius generationis.ſ. decē tribuū caſtratione caſtrate ſunt: nec ſūt inde moti.ſ. de terra ſua donec fecit eos Senacherib. videlicet ꝑfectos Gentiles. Sicut dictū eſt Oſee v.c. In dñꝫ ꝓdiſioſe vel doloſe egerunt / q2 filios alienos genuerunt. ¶ Quis igitur ex predictis patet Hebꝛeoꝝ diuiſio et maioꝛis ꝑtis eoꝝ.x. videlicet tribuum. quaſi perpetua repꝛobatio: quia in Dauid partē habere p̄mitus reſpuerunt. Ut legitur.ij.Reg.xx.a. non eſt nobis pars in Dauid / neqꝫ hereditas in filio Iſſai. Et q2 falſos deos in duobus vitulis ſuſceperunt / pꝛogꝛediendum eſt vlterius et nequaq̄ ſegniter intuendū. Quod Iudei diuiſi ſunt in Iudeos ⁊ Chꝛiſtianos in ebdomada.lxx. Danielis. Quēadmodū tempoꝛe Ieroboā in Iſrael ⁊ in Iudeos / diuiſi ſunt Hebꝛei. Poꝛro quomodo tunc maioꝛ Hebꝛeoꝛum numerus decem / videlicet / tribuū dixit. Nō eſt nobis pars in Dauid nec hereditas ī filio Iſſai. ita Iudeoꝛum maioꝛ pars dixit. Non habemus regē niſi Ceſarē: dñm Ieſum Chꝛiſtū fatue repꝛobātes. Deinde ſicut illi repꝛobato Dauid / falſos deos in duobus vitulis coluerunt. Ita iſti vero repꝛobato Meſſia; duos Meſſias ſibi falſos vnum poſt alium ſcripturis eoꝝ teſtātibus: ſtatuerunt. Rurſum ſicut illi per hec et alia vt pꝛime ſuperius ſacra teſtatur hiſtoꝛia ſunt a deo repꝛobati: ⁊ per Senacherib captiuati / vt ſupra.g. Legit / eſt oſtēſum. Ita iſti q̄ verum Meſſiam dñm.ſ. Ieſuꝫ xp̄ꝫ repulerūt / et duos falſos Meſſias vt predictū ē receperūt: a deo ſunt ī perpetuū repꝛobati: ⁊ per Veſpaſianum pꝛincipē Romanum: ⁊ per Titum

eius filium captiuati. Et hoc eſt q̄ de eis dicit dñs per Jeremiã.7.ca.c. Et proiciã vos deſuper facie mea: ſicut proieci omnes fratres veſtros omne ſemen Ephraim. Omnes fratres veſtros. ⁊c. Tranſtulit hic Jonathan: omẽs fratres veſtros/ omne ſemen iſrael. Ceterum quõ tunc maxima pars eorum turpiter valde incidit in errorez pro vno deo falſos recipiẽdo/ atq3 colẽdo. minima vero pars reſpectu alterius. ſ. tribus Juda: ſtetit in veritate deum colendo. ⁊ domum Dauid ſequendo ita nunc maxima Judeorum pars: ſecuta eſt duos falſos Meſſias vt pretactum ẽ: ⁊ in ſequentibus plenius oſtendetur. Minima vero vt. xij. Apoſtoli. ac. lxxij. diſcipu. et aliqui alij. reſpectu non ſequentium: ſed perſequentium ſatis pauci/ ſecuti ſunt dñm Jeſum Chriſtũ verũ Meſſiaz ipſum indubitanter credentes. Porro tunc qualiter ſequentes veritatem. ſerui dei aliter ſunt q̄ antea vocati: vt in exordio huius capituli dictuz eſt. Jta nunc ſerui dei ſectantes fidei veritatẽ non iam Judei appellantur/ ſed Chriſtiani. vt Judeis nequiſſimis p Jſaiã extiterat prophetatum. lxv. cap. c. Et dimittetis nomen veſtrum ad iuramentum electis meis. Et mortificabit te dominus Deus: ⁊ ſeruos ſuos vocabit nomine alio Nomen aũt eorum eſt in iuramento Chriſtianis. Cũ aliqñ iurãt dicẽtes ſi nõ ſim Jude⁹ hoc nõ faciã Et dñs noſter mortificabit eos vſq3 in finez mũdi vt in ſequentib⁹ ſufficienter probabitur. Deniq3 prout fuit ſemper concertatio inter Judeos ⁊ Jſrael fratres ſuos. Jta q̃q3 inter Judeos ⁊ Chriſtianos: nunq̃tam in fide q̄ ĩ moribus defuit controuerſia vſq3 ad preſens temp⁹. Sicut eni illis non ſuffecit Deum ⁊ domũ Dauid repuliſſe: ⁊ vnũ vitulum in Bethel/ et aliũ in Dan coluiſſe: ſed addendo peccata peccatis coluerunt Baal. Jta iſtis minime ſuffecit verũ Meſſiam reprobaſſe ⁊ occidiſſe. ⁊ vnum falſum Meſſiam in Hieruſalez nomine Barqozba. i. filiũ mendacij vel falſitatis ⁊ alterum poſtea in Biter: Benoqozebã nũcupatum feciſſe. Sed menſuram patrum ſuorũ ĩplentes ⁊ errores erroribus cumulantes: tertium adhuc venturum ſibi promittunt Meſſiam: quem in die deſtructionis vltimi templi natũ aſſerunt impudenter. non obſtante q̄ patres eorum in duobus predictis falſis Meſſijs ſcripturis eorum teſtantibus: vt ſuo loco monſtrabitur et ipſis non negantibus tam turpiter ſunt deluſi.

Et non obſtante etiam q̄ Rabini eorum hui⁹ tertij Meſſie aduentui: innumeros poſuerunt terminos: omneſq3 vn⁹ poſt aliũ falſiloqui ſunt inuenti Hanc itaq3 ꝯtrouerſiam que non ſolum eſt inter nos et Judeos in his que ſunt Chriſti: ſed etiam in oĩbus fere quecũq3 ſunt fidei diligenti⁹ proſequendo vtriuſq3 populi Chriſtiani videlicet/ ac Judaici/ conferam altrin ſec⁹ dicta ſeu credita: vt clari⁹ iter ꝯria iuxta ſe poſita veritas eluceſcat.

¶ Capitulum ſecundum Quod ſceptrum receſſit de Juda: ⁊ quando: ⁊ quomõ: ⁊ quare: Quapropter probatur Meſſiam veniſſe: ⁊ q̄ tũc miracula receſſerunt omnino.

Quoniã aũt predicta Chriſtianorum Judeorumq3 ꝯtrouerſia circa Meſſie. i. Chriſti aduentũ iter eoſdẽ crebrius agitatur. ⁊ q̄ ſi id qđ de hac re. i. de Meſſie aduentu a Chriſtianis creditur: bene probatũ fuerit. neceſſe eſt vt quicq̃d pene de hoc et alijs ipie creditur a Judeis funditus ſubruatur. Nihil arbitror melius nobis: q̄ vt p libros veteris teſtamẽti quos Judei recipiunt: necnõ et per Talmud: ac reliquas ſcripturas ſuas autenticas iugiter eorum perfidia ac peruerſitas confutetur.

¶ Propterea probandũ eſt hoc in loco q̄ ſceptruz receſſit de Juda: ⁊ etiam quando/ et quare/ ⁊ quõ Et q̄ auctoritas Gen. xlix. Nõ auferetur ſceptrũ ⁊c. dicit de Meſſia. ¶ Primitus quoq3 dicenduz eſt/ q̄ vbi nos habem⁹/ Nõ auferetur ſceptrũ de Juda/ ⁊ dux de femorib⁹ eius donec veniat qui mittendus eſt/ ⁊ ipſe erit expectatio gentiũ. Aliter ſe habet Hebraica veritas. Jſta nãq3 trãſlatio noſtra magis eſt iuxta ſentẽtiã q̄ litteralis. Quapropter Judei in hac parte viam latã habẽt fugiẽdi et negãdi veritatem: faciẽ veritatis hñtẽ. Obijcere aũt nobis poſſunt q̄ predicta auctoritas nõ dicatur de Meſſia: ſed de aliquo altero vt de Nabuchodonoſor rege Babilonis: q̃ mittend⁹ erat ad innumera peccata ipſorũ ſiue pſm ipſorũ puniẽda: ⁊ ad templũ et ciuitatẽ deſtruendaz: ⁊ ad Judam captiuandum vt multipliciter dictũ fuerat a ꝓphis. Que oĩa adĩpleta fuerũt tẽpore Sedechie. Tunc vtiq3 propter peccata abſtulit De⁹ p Nabuchodonoſor ſceptrũ de Juda. Fuit quippe tũc ciuitas dirupta ⁊ ſanctuariũ ꝯbuſtũ ⁊ multi Judei in cedẽ corruerunt: ⁊ alij exules in gentibus fuerunt et captiui ducti Babiloniaz. Ut habet Jeſ. vlt. Jn mẽſe aũt quinto decima die mẽſis ipſe eſt annus. i. Nabuchodonoſor regis Babilonis: venit Nabuzardan princeps quoquorum q̃ ſtabat corã rege Jeruſalẽ: incẽdit domũ dñi ⁊ domũ regis ⁊ oẽs domus Jeruſalẽ: ⁊ oẽm domum magnã igne cõbuſſit. Et totum murũ Jeruſalem per circuitum deſtruxit. Et ſubdit Et tranſlatus eſt Juda de terra ſua. ⁊c. Deinde regem nõ habuimus neq3 vnctionem. Per ea ergo que dicta ſunt oĩo ſequitur: q̄ non de Meſſia predicta auctoritas dicatur. Si enĩ de eo dixiſſet: tunc tẽporis procuƚdubio veniſſet. Quapropter de Nabuchodonoſor: vt ſuperius eſt dictũ: eſt intelligendum. De ipſo quoq3 dicitur. Et erit expectatio gentiuz q̄ dñium eius fuit in omnib⁹ gentibus. Jpſe fuit caput aureum in viſione expoſita ab ore Danielis. Ut habetur Danielis. 2. c. Tu es ergo caput aureũ. Et poſt hec conſurget regnum minus te. ⁊c. Quapropter denotatur excellẽtia regni eius/ ſuper alia ſubſequentia regna gentium. Jſta ⁊ alia poſſunt obijcere Judei ſm tranſlationẽ noſtram: Nã pp ea q̃ dicta ſunt ſuperius/ et que circa ipſaz materiã obijcere poſſunt/ eſt ſciendũ: q̄ a tẽpore Moyſi citra fuerunt ſucceſſiue. lxxj. ſenhedrin. ſ.

iudices ordinarij ſiue ſcribe iudicantes Jſrael: ⁊
ipſis data erat de iure poteſtas iudiciū faciēdi vt
in locis īnumeris habetur in Talmud. Jpſi ꝗꝫ
repreſentabant ſceptrum datū a ſpū ſancto ꝑ Ja
cob in ꝑte Jude: ⁊ in ipſis ipſum ſceptrū pende=
bat / vt infra cuilibet perſpicaciter intuenti pate=
bit. ¶ Legitur quidē in libro q̄ vocatur ſanhedrī
in ꝑereq. i. in diſtinctione q̄ incipit atqꝫ dicitur
Dine Memonoth. a. Dine Memototh. i. iudicia
diuitiaꝝ in tribus. i. per tres iudices fiebant. Di=
ne / Nefaſſoth. i. iudicia animaꝝ. i. perſonarūꝫ. in
xxiij. i. viginti tres / de. lxx. iudicibus ordinarijs /
poterant reum hominē iudicare morti obnoxiū.
et non pauciores. Non erant iudicantes tribū vel
ſceptrū / neqꝫ pſeudo ꝓphetā / neqꝫ ſacerdotem
magnum / niſi domus iudicij ſeptuaginta et vnus
Non erant egredientes ad licitum bellum niſi ſe=
cundū os domus iudicij. lxxj. Non addebant ci=
uitati nec ſolarijs templi: niſi per os domus iudi
cij. ⁊c. Non faciebat ſanhedrinoth. i. conuentꝰ iu=
dicum ordinariorum tribubus / niſi per domū iu=
dicij. lxxj. Jmpoſitio. ſ. manuū ſeniorū ī tribꝰ: vt
dicit Rabi Jſmael / Rabi Jehuda dixit / ī q̄nqꝫ. i.
tot erāt neceſſarij ī manuū īpoſitione. Lupus / ⁊
Leo / Urſus / ⁊ pardus / ⁊ Serpens interficiendi
erāt ꝑ. xxiij. iudices. ſcꝫ. ſanhedre gedola. i. col=
legium magnūꝫ. lxx. et vnus erat. Minꝰ vero erat
xxiij. Unde habetur ꝙ concilium magnum ſan=
hedrin. i. iudicū ordinariorū ſupradictorum erat
lxxj. ex eo ꝙ dictuꝫ eſt in libro. Numeri. xj. d. Cō
grega mihi. lxx. viros de ſenioribus iſrael. Moy
ſes vero fuit ſuper eos. Sic ergo fuerunt. lxxj.
¶ Et eſt ſciendū. ꝙ conuentus aliorū ſanhedri=
norū minorū non poterat ordinari niſi a. lxx. ma
ioribus vt ſupra. Jpſi nāqꝫ ordinabant cōuentus
aliorū qui regebant, in regionis circuitu in vrbi=
bus. ſ. et locis. Sed quicumqꝫ cuiuſcunqꝫ partis
eſſet: poterat ſe cōqueri maioribus in Hieruſalē.
¶ Legitur enim in libro ſanhedrin: ī diſtinctiōe
ve. illu. hen. d. Traditio ē ꝙ Rabi Joce dixit. Jn
principio non erat cōtrouerſia in Jſrael. ſed do=
mꝰ iudicij. lxxj. erat ſedens in cōſiſtorio dolato. ⁊
alie domus iudicij. xxiij. erant ſedentes. Una eo
rum ſedebat in porta montis domꝰ. Altera ī por=
ta atrij. Reliquę vero domꝰ iudiciorū. xxiij. erant
ſedentes in omnibus ciuitatibus Jſrael. Quan=
do vero erat aliquid querendū querebatur a do=
mo Judicij que erat in ciuitate ſua. Si audiebāt
dicebant eis. ſin autē: erant venientes ad illum or
dinem qui erat in propinquiori ciuitate. Si audie
bant dicebant eis. ſin autē ibāt ad illum qui erat
in porta montis domꝰ. et dicebat. Sic expoſui. ⁊
ſic expoſuerunt ſocij mei. Sic docui et ſic docue=
runt ſocij mei. Si audierūt dixerunt eis. Sin au=
tem iſti et illi ibant ad conſiſtoriū dolatū: in quo
erant ſanhedrin ſedentes a mane vſqꝫ ad veſpe=
rum et in ſabbatis et in diebus ſolēnibꝰ ſedebāt
in muro. ⁊c. Ex quo vero multiplicati ſunt diſci=
puli Sammai et Hillel: qui non miniſtrauerūt vt
expediebat. creuerūt ſciſmata in Jſrael. lex vero
facta eſt ſicut due leges. Hec traditio. ¶ Si enim
aliqꝰ Judeorū obiceret: ꝙ ſceptrū receſſit de Ju=
da tēpore Sedechie ꝙ eſſet abſurdū et ꝯtra ſcri=
pturas eorū: non cōcedatur ſed reſiſtatur: quia ſi
eſſe oporteret vnum de tribꝰ. Aut de Meſſia pre
dicta auctoritas non dixiſſe: Aut tunc temporis
Meſſiam veniſſe. Aut auctoritas vera non fuiſſe.
ꝙ nephas eſſet dicere apud nos et ipſos. Non au
tem tunc ſceptrū receſſit: quia non omnes ſanhe
drin. i. iudices ordinarij interfecti fuerūt a Nabu
chodonoſor. Multi. n. ex eis deſcēderūt Babilo=
niam. et ibi ſecundū legem eorū et mores. de licē
tia regis iudicabāt. Fuit autem eis cōceſſum iudi
cium facere et cauſas Hebreorum determinare.
¶ Quod vero ī Babiloniam / deſcēderint. habet
in Canti. ca. 6. a. vbi legitur. Dilectꝰ meus deſcē=
dit ad ortum ſuum ad areolaꝫ aromatis: Jd eſt
ſꝫ Targū. Dn̄s ſeculi ſuſcepit orationē eorū cum
placentis et deſcēdit in Babiloniam ad ſanhe=
drin ſapientes deditqꝫ odorē populo ſuo. ¶ No
ta ꝙ iſta targum. i. tranſlatio eſt tante auctorita=
tis apud eos ꝙ Nephandiſſimum eſt eis ei con=
tradicere. Patet igitur per ea q̄ dicta ſunt ꝙ ſan=
hedrin. i. iudices ſiue ſcribe non defecerunt. Sce=
ptrum vero non receſſit de manu eorum. ſed per=
ſeuerauit donec Deꝰ ipſum ab eis abſtulit. ſ. quā
do expulſi fuerunt de cōſiſtorio dolato ſiue poli=
to propter falſum iudiciū in ſanguine per. xl. an=
nos ante deſtructionē vltimi templi: vt infra pro
babitur. Et poſtea iuſſu Romanorū fuerunt inter
fecti. ac ēt perſuaſione vocis celeſtis preter vnū
cui Herodes fecit oculos erui perhibente eorum
Talmud: vt habetur infra. ¶ De modo quoqꝫ iu
dicandi et de qualitate predictorū ſanhedrinorū
legitur in libro ſanhedrin Babilonico. diſtinctio
ne. Arba. Mithot. a. Quatuor mortes. i. q̄tuor
modi occidēdi traditi fuerūt domui Judicij. i. ſu=
pradictis iudicibꝰ ordīarijs. videlꝫ. Lapidare / cō
burere / occidē / ſtrāgulare. ¶ Jtē ī ꝑdicta diſtinct.
e. Rabi aaqiba dixit. Uñ hēbāt ſanhedrin qñ in=
terfeciſſet aīā. i. aliquē iudicaſſet occidēdū ꝙ nō
guſtarēt aliqd tota die illa: Doctū eſt vbi dictū eſt
Nō comedetis ſup ſanguie. Nota ꝙ predicti ſan=
hedrin ſepius Scribe vocabāt: eo ꝙ id qd̄ trade
bant et ſcribebāt habebatur ab alijs tāq̄ lex: tan
te enim fuerunt preſumptionis ꝙ multa dimi=
nuerūt de diuina pagina et multa in eadē addide
runt ac mutauerunt. vt in ſequētibus euidēter pa
tebit. ¶ Legitur quoqꝫ in libro ſanhedrin in pe=
req Dine Memonoth. F. Dixit Rabbi Johanā.
Non erāt cōſtituentes in ſāhedri. i. in ordīe. lxx.
iudicū. niſi dn̄os ſapīe ſtature ⁊ appētie atqꝫ ſe=
nectutis ⁊ dn̄os īcātationūꝫ necnō ⁊ ſciētes. lxx.
linguas ne oporteret eos audire ab ore īterpētis.
Glo. Ra. Selomo Statura ⁊ apparētia reqrebāt
vt haberētur in reuerentia. Quod aūt eſſent dn̄i
īcātatonū vt ꝯuicerēt ⁊ occiderēt incātātes ſiue
maleficos cōfidētes ī maleficijs ſuis ⁊ incātatio=
nibꝰ: ſicut Jeſu nozri. i. Jeſus nazarenꝰ. Hucvſqꝫ
Rabi. Se. ¶ De cetero q̄dē ꝓcedēdū eſt qualr̄ iu

hebreo premiſſa auctoritas ſcripta ſit.i.Geñ.49 Ubi hoc modo ſcriptũ eſt. Lo iaçur non recedet Sebeth. vga vel ſceptrum de Juda. Umehoqeq Et legumdator vel lator. Mibein. de medio. Raglau, pedum eius. Ad qi Jabo: donec veniat Silo.i.matrici⁹.i.Meſſias. Ue lo. ⁊ ei. Jiqqeath obedientia vel aggregatio. aamin. populorum vel nationum.i.gentium. ¶ Quod autẽ eiuſmõi tranſlatio p̃miſſoꝝ atqꝫ in parte expoſitio ſit fidelis oſtenditur per Targũ.i.per trãſlationẽ caldaicã a quodã proſelito ſapiente.nomine Enqaloç de toto pẽtautecho lõge añ aduẽtũ ſaluatoris factam. Que inter Judeos tantam auctoritatem obtinet. ꝙ a nullo eorum ſibi preſumitur contradici. Enqaloç itaqꝫ premiſſa in caldaicũ ſuuꝫ ſic interpretatus eſt. La iaiddon. nõ p̃teribit. aabet. factum vel actio. Sultan. poteſtatis vel dominij regij. Mibebeth Jehuda. de domo vel familia Jude. vesafra. et ſcriba. Mibene benoi. de filiis filiorum eius. aad aalma vſqꝫ in ſeculuꝫ. aad deieche. vſqꝫ quo veiat Maſſiha.i.Meſſias vł xp̃s Uelch. ⁊ ad eum. iiſtammeum obedient vel congregabunt ſe. aamemaya. populi vel gentium nationes. Ex iſta Targũ.i.tranſlatiõe caldaica ſi ꝗs diligenter aduertat ſatis habetur plane. Quod per ſebeth. ꝙ virga vel ſceptrum interpretatur factũ q̃dã regiũ vel dñium intelligitur. cũ cõgruit q̃d dicitur i.p̃s.xliiii.b. Sebeth.i.ſceptrum directionis: ſceptruꝫ regni tui. Sic quoqꝫ habet inde ꝙ mehoqeq: eſt ſcriba.i.ſapiens magnus legum dator vel lator. Uñ Deutero.33.e.in benedictiõe Gad. Ubi ĩ latino ẽ doctor: ĩ hebreo ẽ mehoqeq. Quod Targũ expoſuit de Moyſe dicens. Quia in poſſeſſione ſua Moyſes. ſafra.i.ſcriba Rabba i.magnus ſepultus eſt. Ad idem etiam. Iſa.33.f. Dñs enim iudex noſter. Dominus rex noſter. ipſe ſaluabit nos. Porro. Silo. ſignificare Meſſiam cum nominis expreſſione ibidem oſtenſum eſt. ¶ Rurſus quoqꝫ ꝙ Silo ſit Meſſias habet in antiqua Bereſſith Rabba ſuper illõ Geñ.49. donec veniat Silo. Iſte eſt Meſſias. Et ad eum congregabunt ſe gentes. quia ipſe erit iudicans totũ mũdũ. Et h̃ eſt q̃d ſcriptũ eſt Michee.4. Et iudicabit inter gentes ⁊ arguet populos multos. ⁊c. Et dictũ eſt. Iſa.xi. Et iudicabit in iuſticia pauperes et arguet in equitate manſuetos terre. et percutiet terram virga oris ſui et in ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Huc vſqꝫ bereſſith.i. gloſa. ¶ Predictis etiam ſatis conuenit id q̃d habetur in Eka rabethi.i. in gloſa ſuper planctum Hiere. Trenoꝝ.i.e. Ubi dicitur. Quia elongatus eſt a me conſolator conuerſor anime mee. Quod eſt nomen Meſſie: de domo Rabi dixerunt. Sela eſt nomen eius ſicut dictum eſt Geñ.49.b. donec veniat Silo. Et nota ꝙ vbi ĩ premiſſa auctoritate noĩatur Silo.i.Meſſias. a matre ⁊ nõ a patre cõtra cõſuetudinẽ hebraicaꝝ ſcripturarũ. denotat ipſum eẽ de materia matris abſqꝫ carnali patre. ¶ Itẽ etiã eſt oſtendendum ꝙ per Silo. intelligitur Meſſias. et per Sebeth. dñiuꝫ. et per

Mehoqeq: ſcriba vel legumlator. Per id ꝙ dicit Rabi quinhi in libro Saraſſim. vocatur p̃ceps et dñator. Mos ei dñantis eſt vt ſit Sebeth.i. virga in manu ipſius. Et q̃ virga diſciplĩe plebis in manu ei⁹. Mehoqeq vero ſignificat ſcriptorẽ. ⁊c. Porro donec veniat Silo.i. fili⁹ ei⁹. Et ẽ pphia ſuper Meſſia.i. de Meſſia. Et deriuatur a linguagio Silla.i. ſecũdina. que eſt burſa q̃dã in q̃ manet infantia in vtero matris. Qui q̃nqꝫ ſumitur in ſcriptura pro embrione in matrice. Huc vſqꝫ traditio. ¶ Hinc inde videam⁹ qualiter de Juda ſceptrum receſſit. ⁊ q̃ñ. ⁊ quare. Qua propter primitus inducemus id q̃d legitur in Bereſſith Raba i.expoſitione Gene. Ubi h̃ modo ſcriptũ eſt. Nõ recedet ſceptrũ de iuda. iſtud ẽ Liſcath.i. camera vel conſiſtorium. Haggazith. dolatũ vel politum q̃d datũ ẽ ĩ partẽ Jude. Sicut dictuꝫ ẽ.p̃s.77.f. Et repulit tabernaculũ Joſeph. ⁊ tribũ Ephraim non elegit. ſed elegit tribum Juda / montem ſion quẽ dilexit. Montẽ inq̃ ſpeculatum per legem. Et ſic eſt dicens.p̃s.89. Diliget dñs portas ſion i.portas ſpeculatiuas in ſententia. Et mehoqeq .i.ſcribã Miben raglau. de medio pedum eius Iſti ſunt ſedentes iabeç docentes ſententias in Iſrael. beçanhedrin gedola.i.ordinatiõe magna que eſt ſedens ĩ Liſcath.i.in cõſiſtorio vel camera Haggazith. dolata vł polita ĩ partẽ Jude. Sicut dictũ ẽ ĩ primo Paralipome.2.g. Et familie ſcribarũ ſedentes. iaabeç. ianitores vel cãtores. ⁊c. Et q̃d ẽ ñ recedet ſceptrꝫ d̃ iuda: Et nõne iã receſſeſt çãhedrin de Liſcath haagazith: Sed dicit tibi ꝙ non fuit data p̃tãs leçanhedrin iudicare iudicia aĩarũ niſi oĩ t̃pe quo erant ſedentes ĩ Liſcath. Haggazith. Cũ ei migrauerũt inde ad locũ aliũ. caſſata ſunt iudicia aĩarũ. Sicut ſcriptũ ẽ Deuto. 17.d. Et facies ſcd̃m ois verbũ ꝙ nunciabũt tibi de loco illo. Hinc docet ꝙ locus erat gorem.i.neceſſarius. Uel goreꝫ.i.infringens p̃tãteꝫ.ſ.iudicium ſi deerat donec veniat Silo.i. Meſſias. Huc vſqꝫ traditio. ¶ Iteꝫ in bereſſith qeçara.i.in expoſitiõe abbreuiata. ſup Geñ. Nõ recedet ſceptrũ de iuda. Et legiſlator de medio pedũ ei⁹. Hii ſũt ſedentes iabeç. docentes halakaoth.i. ſñias in çanhedrin magna q̃ eſt ſedẽs ĩ Liſcath Haaggazith.i.ĩ camera vel ꝯſiſtorio dolato ĩ parte Jude. De q̃b⁹ dictũ ẽ p̃io Paral.2.g. Et familie ſcribarum ſedentes iabeç. ⁊c. donec veniat Silo. Que future ſunt gentes ſeculi vt deferant munus Meſſie vel xp̃o filio dõ. Sicut dictũ ẽ Iſa.18.f. In t̃pe illo deferet mun⁹ dño exercituũ. ⁊c. Nota argumentũ ꝙ Meſſias ẽ dñs exercituũ. ¶ Premittẽdum eſt quoqꝫ adhuc id q̃d legitur in libro çanhedrin Jeroſolimitano.ĩ pereq.i.diſtinctione que dicitur Dine memonoth.i.iudicia diuitiarum.c. Tradiderunt Rabini ꝙ cum adhuc domus.i.templũ nõ erat deſtructa p.40. annos ablata ſũt iudicia Nefaſſoth.i. aĩarum de Iſrł.i.iudicia mortis. In dieb⁹ rabi Simeõ filii Johai ablata ſũt Dine memonoth.i.iudicia diuitiaruꝫ de Iſrael. ¶ Ad idem facit q̃d legitur in libro Abodazara in di=

ſtinctiõe Liſne Jdhen.c. Et in libro çãhedrin diſtinctione Hayu Bodqin.b. per.xl. annos anteq̃ deſtrueretur domus / migrauit çanhedrin.i. collegium.lxx. iudicũ. ⁊ ſedit i Hanuth. Glõ Rabi Solomo. Locus erat in Hieruſalẽ ſic vocat⁹. Quare receſſit? Dixit Rab Jiçhaq filius Abudimi. dicitur eo ꝙ nõ iudicauerũt iudicia qenaçoth.i. bãnorum. propter iudicia bãnorum videtur tibi? immo qꝛ nõ iudicabãt iudicia Nefaſſoth.i. perſonarũ. Glõ. Ra. Se. Et nunquid Liſcath.i. camera Haggazith.i. dolata vel polita / neceſſaria erat vł exigebaẗ ad dine qenaçoth.i. ad iudicia bãnorum.i. iþoſitionis ⁊ idictionis penarum? Neq̃q̃. Sed ad Dine Nefaſſoth.i. a iudicia aĩarum.i. perſonarum. Qñ.ſ. aliq̃s iudicabaẗ ad mortẽ. Nõ eñ erant iudicãtes Dine Nefaſſoth i omni loco. Sʒ quãdiu çãhedri.i. collegiũ erat exiſtẽs i Liſcath Haggazith.i. in camera vel ꝯſiſtorio dolato. Sicut dictũ eſt Deuto.17.d. Et ſurges ⁊ aſcẽdes ad locũ. Per hoc docet ꝙ locus exigebatur.⁊c. Migrauerũt igitur inde ⁊ nõ iudicauerũt iudicia Nefaſſoth. Qm̃ ecce per.xl. annos ante deſtructionẽ domus / caſſata ſunt. Huc vſq; Rabi Selomo

¶ Adhuc ſciẽdũ eſt / ꝙ Judei alio mõ ſupradictã exponũt auctoritatẽ in libro çãhedrin. in diſtinctione q̃ incipit Dine Memonoth.b. Nõ recedet Sebeth de Juda. Hi ſunt capita captiuitatũ babilonie: q̃ erãt regẽtes Jſrael in Sebeth.i. in virga vel ſceptro. Et Mehoqeq de medio pedũ eius. Hi ſunt filij filiorum Hillel docẽtes legem Jſraeli. Et nota ꝙ filij filiorum Hillel. erant çanhedrin.i. iudices predicti docti a diſcipulis Hillel. Et ideo vocati ſunt filij filiorũ Hillel: vt in ſequentib⁹ oſtẽdetur. Nã capita captiuitatũ babilonie fuerunt zorobabel ⁊ ſui. Et princeps q̃ fuit in terra Jſrael qui fuit Mathathias ⁊ ſui.ſ. Aſmonai.i. Machabei: ⁊ illi q̃ deſcenderunt ab ipſis vt in ſequẽtibus patebit intuenti. Dixit Rabi Rahmõ. Cũ çãhedrin.i. ordiãti iudices Judeoꝝ. lxx. ⁊ vn⁹: migraſſẽt de cõſiſtorio ⁊ ablata fuiſſent ab eis iudicia Nefaſſoth.i. animaꝝ vel perſonarum: Conſuerũt ciliciũ ſuꝑ cutẽ ſuaʒ / ⁊ depilauerũt ſibi caluicia dicentes. Ue nobis qꝛ receſſit ſceptrũ de Juda ⁊ nũdum venit filius Dauid.i. Meſſias. Hoc eſt aũt q̃d ſcriptũ eſt Amos.8.d. Et aſcendere faciã ſuꝑ oẽ dorſum çaq.i. ſaccũ vel ciliciũ. Et ſuper oẽ caput depilationẽ vel caluiciũ. Et ponã eũ vel eã vt plãctũ vnici: ⁊ nouiſſimũ eius vt dieʒ amarũ. Hec dictus Rabi. ¶ Rabi quoq; Moſſe Ben Maimon ait in libro iudicũ i.xj. Pereq. Jeſus vtiq; Nazaren⁹ viſus eſt eſſe meſſias: ⁊ interfectus fuit ꝑ domũ iudicij.i. iudicio.lxx. ⁊ vni⁹ iudicũ Judeorũ. Et ipſe ꝓmeruit vel cauſa fuit vt deſtrueret Jſrael in gladio: ⁊ vt diſpergerẽtur reliquie ipſorũ: ⁊ vt inferiorarẽtur. Hec Rabi Moſſe. ¶ Qd̕ enĩ domus iudicij.i. lxx. ⁊ vnus iudices ad iudicãdũ Xp̃m ſimul ſe oẽs in vnum in cõſiſtorio cõueniſſent: ſatis oſtendi poteſt per id q̃d ſcriptũ eſt.5.§. Legiẗ quidẽ. Ubi ſic ſcriptũ eſt Non erant iudicãtes tribũ vel ſceptꝝ. neq; pſeudo ꝓphetam / neq; ſacerdotẽ magnũ. niſi dom⁹ iudicij.lxx. ⁊ vn⁹. ¶ Animaduerte lector ꝙ in oĩbus premiſſis traditionibus clare habetur perſpicaciter intuenti: iudices ſuos de ꝯſiſtorio fuiſſe expulſos: ⁊ perſonarũ iudiciũ perdidiſſe. per.xl. annos anteq̃ deſtrueretur dom⁹ ſanctuarij ſiue tẽplum. ¶ Et nota ꝙ hoc fuit paululũ poſt paſſionẽ Chriſti: vt i ſequẽtibus iſti⁹ p̃me partis declarabitur. Et etiã notãdũ ꝙ in traditiõe ſupradicta.§. Dixit Rabi. Habetur exp̃ſſe ꝙ ſceptrũ tũc receſſit. Quod vero Herodes deſtruxerit capita captiuitatũ Babilonie ⁊ çanhedrin.i. iudices ordinarios / habetur in Baba Bathra / Pereq.i. diſtinctione Haſſuctafin.a. Herodes ſeru⁹ fuit domus Aſmonai.i. Machabeorum. deditq; oculos ſuos in quãdã puellã. Die igitur quadã audiuit filiã vocis.i. vocẽ de celo dicentem. Oĩs ſeruus q̃ h̃ tẽpore inſurrexerit proſperabitur. Inſurrexit ergo et interfecit oẽs dños ſuos: ⁊ oẽs filios dñoꝝ ſuorũ. Puella ſupradicta ſolũmodo reſeruata: vt ipſa mediãte affinitatem Zheret. Jpſa vero aſcendit in turrim. Eleuauitq; vocẽ / ⁊ ait. Oĩs q̃ dixerit de domo Aſmonai venimus / ſeru⁹ eſt. Non enĩ remanſit inde preter me. His dictis / ꝓcipitauit ſe / ⁊ mortua eſt. Jpſe aũt cõdiuit eã melle vel balſamo. vij. annis. Fuerũt aũt q̃ dixerũt / ꝙ cognoſcebat eã: ⁊ fuerũt q̃ dixerũt / ꝙ nõ. Qui dixerũt cognouit eã: vt ſic videlʒ cõpeſceret ꝯcupiſcẽtiã ſuã atq; libidinẽ. Qui võ dixerũt nõ cognouit eam: vt ſic tenendo eam: diceretur affinis eſt qꝛ filiã hʒ regis. Dixit autẽ. Quis legit Deuto.xvij.e. De medio fratrũ tuoꝝ pones ſuꝑ te regẽ. Dixerũt ei Rabbanã.i. magiſtri. Surrexit ḡ ⁊ occidit vniuerſos Rabanã: reſeruato ſibi Baba filio Bota vt ꝯſuleret eũ. Quadã die iuſſit eũ acceſſiri ad ſe ⁊ eruit ſibi oculos. Quadam aũt die venit ⁊ ſedit corã eo: ⁊ dixit ei. Uide dñe. Jſte malus ſeru⁹ quid fecit. Dixit et quid ego faciã ei? Dixit illi Maledic eũ dñe. Dixit ei. Scriptũ ẽ Eccle.x.g. Scia in ꝯſcia tua regem nõ maledicas. Dixit ei. Nũ rex ẽ ipſe? Uillan⁹ ꝑpetu⁹ ẽ. Dixit ei. Etiã ⁊ ſi nõ ſit niſi diues. Scriptũ q̃ppe eſt. Et in ſecreto cubili tui nõ maledicas diuitẽ. vel nõ ſit niſi Naſi.i. p̃nceps. Scriptũ eſt eñ Exo.22.ca.g. Principẽ i pplo tuo nõ maledices. Dixit. Qñ agis opa ppli tui? Dixit ei. Dimittam⁹ de ipſo. Dixit ei. Nullus ẽ q̃ vadat ei referre. Ego ⁊ tu tm̃ ſedem⁹. Ait ei. Scriptũ eſt. Eccles.x.e. Qm̃ auis celi portabit ipſaʒ vocẽ.⁊c. Dixit ei. Ego ſum Herodes. Et ſi nouiſſem⁹ hmõi eẽ mores Rabbanã nõ interfeciſſem⁹ eos. Quid igiẗ facere poterit hõ hmõi vt ꝑcaẗ ſibi? Dixit ei. Hõ huiuſcemodi extīxit lucernã ſcli.i. Rabbanã. Sicut ſcriptũ ẽ Prouer.vj.e. Qꝛ lucerna eſt mãdatũ: ⁊ lex lux. Uadat itaq; et ſtudeat reꝑare lumẽ ſcli.i. domũ ſanctuarij. De q̃ ſcriptũ eſt Jſa.lx.a.: Et ãbulabũt gẽtes i lũie tuo ⁊c. Dixit ei. Obtinebimus licentiam ab imperio Romano. Dixit ei. Mitte nuncium / et interim dum ibit, et moram fecerit: tu poteris diruere et edificare. Remiſerunt ei Romani dicentes.

Si nõ diruiſti nõ diruas. Si vero diruiſti nõ edi=
fices. Si autẽ diruiſti ⁊ edificaſti: es ſeruus neq̃
ſucceſſor ſeruorum ſe reges facientium. Nam ſi
generis tui librum relegeris: non inuenies te no
bilẽ nec filiũ nobilis. ſed Herodem aſcaloni: poſ
ſeſſum in ſeruum. Huc vſq; Talmud. Patet igi=
tur q ſceptrum receſſit. ¶ Satis etenim euiden
ter apparet quod tempore predicti Herodis ſce
ptruz de iuda receſſit: qui peremit capita captiui
tatũ babilonie. ſ. machabeos ⁊ filios filiorũ Hil=
lel. Judices videlicet ordinarios doctos a diſci=
pulis Hillel. reſeruato tamẽ vnũ ex ipis. vt habet
ſ. An vero predict⁹ Herodes fuerit Herodes pri
mus q aſcalonita vocatus fuit eo q edificauit do
mũ regiam aſcalone. vt habetur in hiſtoria ſco=
laſtica: qui natiuitate fuit Jdume⁹ ex patre. ⁊ ara
bs ex matre. Ut aſſerunt Joſeph⁹ ⁊ Papias. nec
non et alij hiſtoriographi. Qui a romanis iudeo
rum regnũ ſuſcepit vt tributis pẽſſet ⁊ romano pa
reret iperio poſt antipatrem patrẽ ſuũ. Qui q̃dẽ
Herodes neptã Hircani ſacerdotis magni ⁊ pnci
pis iudeorũ duxit in vxorem: circuncidens ſe ob
regni ⁊ eius amorem. factus eſt proſelitus. Hirca
num quoq; predictum occidit dolo. eo q dice=
ret regnum ſibi deberi. Jn huius Herodis regni
21. anno dñs noſter Jeſus xp̃s natus eſt. 27. eni
annis regnauit. Hic concordat euangel' Mat.
2. a. Ubi dicitur. Cum natus eſſet Jeſus in beth=
leem iude in diebus Herodis regis. ⁊c. An autẽ
fuerit Herodes Agrippa nepos iſti⁹ Herodis. fi
lius. ſ. filii q verius videtur per id qd̃ ſcriptũ eſt
ſupra. §. proximo. Ubi ſic ſcriptum eſt. Si autem
diruiſti et edificaſti es ſeruus neq̃ ſucceſſor ſeruo
rum reges ſe facientium. Quẽ vt videtur Roma=
ni Herodẽ aſcaloni in hoc loco vocauerunt cau
ſa ſui generis memorie. Quod patet p id qd̃ ſcri=
ptum eſt. ſ. Nã ſi generis tui liber relegeris non
inuenies te nobilem vel filiũ nobilis: Sed Hero
dem aſcaloni. q̃ſi. d. nepotem aſcaloni vel de ge=
nere aſcaloni. De iſto namq; Aggrippa ſcriptuz
eſt i medras. i. glõ. ſuper illud Deuter. xvij. c. De
medio fratrum tuorum pones ſuper te regem.
Nõ poteris dare ſup te extraneũ q non eſt frater
tu⁹. Cũ Agripaç perueniſſet ad iſtũ paruq. i. Ver
ſum. fleuit donec oculi ei⁹ miſerũt lacrimas. Oĩs
vero iſrael dixit ei. Nõ timeas Agripaç. Frater
ei nr̃ es tu. Hucvſq; traditio. ¶ Et ſciẽdũ q tres
fuerũt Herodes. Prim⁹ q̃dẽ fuit Herodes aſcaloni
ta fili⁹ Antipatris. q prim⁹ alienigena regnauit in
iudea poſt Hircanũ. q totũ regnũ dolo obtinuit.
Jſte eni interfecit pueros bethleemitas a bima=
tu ⁊ ĩ. ¶ Scd̃s fuit Herodes antipas. q fuit fili⁹
iſtius ſub quo paſſus eſt dñs: vt hr̃ luc. 23. Qui ẽt
decapitauit iohẽz. vt habetur. Mar. 14. Jſte idẽ
Herodes adiudicante ceſare imperatore: ſucceſ
ſit pr̃i i galilea. Et fr̃ ei⁹ Archela⁹ i iudea. Fuit ẽt
tr̃i⁹ Herodes. q dict⁹ ẽ Agrippa nepos pmi He
rodis ¶ Et ſi forte obiiciatur q pdict⁹ Haba fili⁹
Bota refuatus ex çanhedrin. poterat adhuc ali
os çanhedrinos. i. iudices ordinare. Rñdendum

eſt q nõ de iure hoc facere poterat. Licet ſcriptũ
nõ inueniat hoc feciſſe. Per id qd̃ ſcriptũ eſt in li=
bro çãhedri i pereq. dine memonoth. Ubi ſic ſcri
ptũ eſt. Dixit Rabaha filius Rabba ad Rab Aſſe
Cũ manu fiebat ↄfirmatio vel ordiatio ſupradicto
rũ videlicet iudicũ vel noĩe tm̃. Dixit ei. Dantes
erant manũ capiti eius ⁊ ↄfirmabãt eũ vel ordi=
nabant ⁊ vocabãt eũ rabi. Et vn⁹ nõ ordinabat p
manuũ. ſ. ipoſitionẽ. ¶ Notãdũ hoc in loco eſt.
qd̃ dicit. Nõ erãt ↄſtituẽtes çanhedrin. ponit plu
lis numer⁹ ⁊ nõ ſingl'is. ⁊ etiã q vn⁹ nõ ordinabat
per manuũ ipoſitionẽ: Notãdũ denuo eſt illd̃ qd̃
ſupra legit. §. Quidẽ. vbi dicitur q impõ. ſ. ma=
nuũ ſeniorũ i trib⁹. vt dicit rabi Jſmael. Rabi Je
huda. dixit i q̃nq;. i. tot erãt neceſſarij. ¶ Jn ma
çebta vero çota. diſtinctione aagla aarufa. a. tra
ditio eſt. Ex q defecerunt çanhedrin. defecit can
tus de domo potationis. Sicut dictũ eſt Jſa. 24.
c. Cũ cãtu nõ bibẽt vinũ. ⁊c. Hic hẽmus expreſſe
q çanhedrin. i. 70. ordiati defecerint ⁊ deleti fue
rint. ¶ His itaq; oĩb⁹ ſic diſtinctis reducam⁹ ea
in ordinem rõnis: atq; dicam⁹ Cum Jacob p ſpi
ritum ſanctũ in Jude benedictõe dixit. Et Moy
ſes eodẽ plenus ſpũ ſancto in lege ſcripſerit q nõ
recederet Sebet ⁊ mehoqeq. de iuda: donec ve=
niret ſiloh. vtũ. circa pncipium iſtius capl'i dictũ
eſt. Sebeth autem ⁊ mehoqeq. ſit collegium çan
hedrin. i. 70. ⁊ vnius iudicis et poteſtas eorum
Necnõ ⁊ liſcath haggazith. i. cõſiſtoriũ dolatum
vel angulare. i. de lapidib⁹ angularib⁹ factum. in
quo ſolũmodo perſonarũ valebat iudiciuz. vtũ.
in hoc capitulo multifarie dcm̃ eſt. Et cum ſilo ſit
meſſias. i. chriſt⁹ vt ſupra pbatũ eſt. Collegiũ aũt
çanhedri. i. ſepe dictorũ iudicum. ſceptrũ. i. ptãtẽ
iudicandi in conſiſtorio ſepe dicto per. 40. an=
nos ante deſtructionẽ templi perdiderit vt etiaz
iam oſtenſum eſt. tunc vel paulopoſt per Roma
nos ⁊ perſuaſione vocis celeſtis collegiuz ſupra
dictuz nõ ſolum iudicandi poteſtatẽ in conſiſto=
rio ſupradicto perdiderit: ſed ipſum totaliter in=
terfectum fuit, q̃admodum habetur ſupra. ⁊ pau=
lo infra. §. Si quis vero. Cũ hec inquã omnia ſe
habeant ita vt dictũ eſt. Uel meſſiaz. i. chriſtũ ve=
niſſe añ deſtructionem templi et oĩm predictorũ
vel Jacob ⁊ Moyſen necnon ⁊ ſacram ſcripturã
mentitã fuiſſe apud oẽs q rõnũ ↄſequentiam pe=
nitus non ignorãt cõſequẽs eſt. Sed cũ iſtud apd̃
eos ⁊ apud nos ſit ipoſſibile ⁊ abſurdũ meſſiã ve
niſſe eo tpe pculdubio certũ ẽ id qd̃ p gabrielem
⁊ danielẽ dictũ fuit Ut in ſequẽti capitulo deo dã
te pbabit. ¶ Pertinatia ĝ iudeorũ p ea q̃ dicta
ſunt optime ↄuincit. nec valet reſiſtere fugiendi
anfract⁹ nõ habens. Preterea quoq; q̃ dicta ſunt
i deſtructõe Hieruſalẽ fctã p Titũ ⁊ Veſpaſianũ
et poſtea tpe Adriani Ceſaris i Bitter teſtãte eo
rũ talmud. vt in ſequentibus iſti⁹ pme ptis liqde
pbabit. ⁊ q i tẽplo ⁊ i hieruſalẽ nõ remãſit lapis
ſup lapidẽ q nõ deſtrueret: nec de iudeis vll⁹ re=
mãſit q nõ extermiaret. vl' q i ſuũ vel ãcillã nõ ve
nũdaret. Talib⁹ igr̃ Titi ⁊ Veſpaſiãi ac Adriani

dicit. Deos vidi.⁊c. Et ad intellectuꝫ Saulis: vt
cum dicitur intellexiſſe ꝙ Samuel erat:qui aſcē
derat trahi poſſint:⁊ non ad veri rationeꝫ. Tria
tamen loca ſunt ibi:in quibus ſi vere ſpiritus Sa
muelis non affuit:nō videtur ꝙ Sacer ſcriptor
hiſtorie poſſit:vel debeat verigraphus reputari:
qꝺ nefas eſt dicere. Horuꝫ autem primus eſt vbi
dicitur.1.Reg.28.c. Et dixit Samuel ad Saul.
Cur tremere feciſti/vel inquietaſti me: vt aſcen-
dere me faceres? Item in eodem.d. Et dixit Sa
muel. Cur interrogas me ⁊ dominus receſſit de
ſuper te? Item in eodem.e. Et cras tu et filij tui
mecum.⁊c. Uſqꝫ ⁊ feſtinauit Saul:⁊ cecidit iux-
ta plenitudinem ſtature ſue in terrā:⁊ timuit val
de de vbis Samuelis. Et is(vt arbitror) ma-
nifeſtum eſt ꝙ ſi is qui totiens/⁊ taliter Samu-
el nominatus eſt diabolus fuiſſet. nullatenus ſa-
cre huius hiſtorie ſacer ſcriptor in non modicaꝫ
iniuriam ſancti:⁊ in periculum erroris fidelium:
⁊ i ſacre ſcripture auctoritatis detrimentuꝫ: Sa-
muelem eum tam vigilanter ⁊ tam ſedule: totiēs
nominaſſet. Demū licet Samuelem deo permit-
tente diabolus adduxerit ad Saulem/vel traxe
rit. Non propter hoc iuſtitia vel ſanctitas perdit
in eo ſuffragium penitus. Sicut nec in ſctō Job
a diabolo tam vehementer afflicto:nec in Chri-
ſto a mēbris diaboli patibulo crucis affixo: nec
in paulo colafizato:nec in Antonio verberato.
Per rei autem huius veritatem:⁊ magnitudo no
bis damni peccati originalis oſtenditur: ⁊ neceſ-
ſitas aductus:⁊ miſericordie redemptoris ⁊ gra-
tie demonſtratur. ⁊ Judeorū impudentia moder
norum deſcenſum antiquorū iuſtorū ad limbum
negātium efficaciter:vt iam dictū eſt confutatur.
¶ Legitur itaqꝫ in Maçeket Quiddußin. i Per-
eq.1.diſtinctione que īcipit Haiſſa Jnquith.g. Di
ctum eſt Eccle.ix.g. Et peccās vnum/perdit vel
deſtruit bonitatem multam propter peccatū vni
ci vel vnius qui peccauit: perdita eſt ab eo:⁊ ab
vniuerſo mūdo:multa bonitas. Glo. Rabi Selo
mo. Jſte fuit primus Adam. ¶ Ecce hinc eui-
denter oſtenditur ꝙ propter peccatum Ade:pri-
uatus eſt non ſolum ipſe:ſed etiā totū genus ſuuꝫ
multa bonitate. Nā bonitatē vite perpetue quaꝫ
habuiſſet ſi non peccaſſet:⁊ bonitatē beatitudis
paradiſi. Lucratuſqꝫ eſt ſibi ⁊ filijs ſuis infernū:
vt iam diximꝰ. Porro ꝙ nō iniuſte a deo factuꝫ ē
ꝙ Adam/nec nō ⁊ filij eius propter peccatuꝫ ip
ſius detruſi fuerunt in carcere inferni:vſqꝫ ad re-
demptoris aduentum:⁊ ꝙ per nullum aliū pote-
rant reparari:habetur in Medras Qohelet Ec-
cle.7.d. Uide opus dei. Quis enim poteſt aptare
re illō qꝺ torſerit vl' obliquauerit: Ra. Açaria di-
xit. Jn hora qua creauit primū Adam tulit eum
e⁊ duxit atqꝫ reduxit per omnes arbores para-
diſi:⁊ dixit ei: Uide opera mea ꝗ̄ pulcra/⁊ ꝗ̄ lau-
dabilia ſūt:⁊ quicquid creaui:propter te creaui.
Prebe mentem tuam: vt non corrumpas/vel de
ſtruas/vel commoueas/ſiue cōcutias/⁊ diruas
ſeculum meum. Si enim deſtruxeris:nō erit poſt
te qui reparet. Et non ſolū h̄:ſed etiam ipſi iuſto
eris cauſans/vel relinquens mortē. Sicut dictū
eſt Iſa.lvij.a. Jpſe iuſtꝰ periit:⁊ nō ē aliqs ponēs
ſuper cor ſuuꝫ. Sic quoqꝫ eſt dicens. Eccl'a.7.d.
Eſt iuſtus qui perijt in iuſtitia ſua:cui ſimilis fuit
Moſſe:id eſt Moiſes magiſter noſter. Similis
fuit filio mulieris pregnantis que tenebatur ca-
pta in domo captiuorum:que peperit ibi/ ⁊ nu-
triuit ibi:⁊ ibi mortua eſt. Ad dies tranſiuit rex
per hoſtium carceris. Cumqꝫ vidiſſet eum tran-
ſire filius ille mulieris: cepit clamare ⁊ dicere.
Domine mi rex hic natus ſum: ⁊ neſcio propter
cuius peccatum hic detentus ſum. Reſpondit ei
rex. Propter peccatum matris tue. Hucuſ-
qꝫ traditio. ¶ Hic ergo diligens lector ad-
uertat ꝗ̄ breui et congrua ſimilitudine ſit hic

Judeis a ſuis magiſtris euidenter oſtenſum totum genus humanum propter peccatum Eue et Ade: fuiſſe olim in carcere regis totius mundi non' inius ſte detentum. Nam ſi Moiſes prophetarum omnium apud eos eximior. de quo ſcriptum eſt Deutero. vlt. g. Et non ſurrexit propheta vlterius in Iſrael ſicut Moiſes: qui nouit dominum facie ad faciem. i. vt dicit Targum. Cui reuelata eſt facies in facie. Si Moiſes inquam talis ac tantus a detentione carceris regis celeſtis ob peccatum patrie miſtis nequiuit eſſe exemptus: vt premiſſa parabola docet. quanto minus aliquis alius. ¶ Notandum eſt etiam nec memorie minori cum diligentia commendandum: quod premiſſa traditio continet: videlicet quod Deus dixit Ade: quod ſi corrumpendo. i. peccando dirueret quodammodo ſeculum ſuum: non eſſet poſt eum qui reparare poſſet. Cum itaque Adam peccauerit ac ſic totum ſui generis mundum quodammodo diruerit / ac diſſipauerit: mortem ſibi et ſuis per hoc: nec non et inferni carcerem promerendo. Ut ex iam dictis ſatis puto patere ad reparandum humanum ſeculum diruptum per Ade peccatum: aliquis neceſſarius fuerit: qui poſt Adam non eſſet omnino nec potentia / nec tempore / nec dignitate / nec virtute / nec ſanctitate: ſed etiam omnibus iſtis modis: et etiam eternitate ante ipſum: licet tempore ſecundum aliquid eſſet poſt eum. Porro cum Adam preceſſerit omnes homines: et nulla eum rationalis eſſentia preceſſerit preter deum et angelum. Per alterum iſtorum vel per vtrumque homo perditus debuit reſtaurari: ne per antiqui ſerpentis: imo ipſius diaboli fraudulentiam: videretur Deus ab incepto ſui propoſiti quodammodo deficere. Quod quidem propoſitum per multa eſſe monſtrauerat. vt foret Adam ac genus eius paradiſi: et beatitudinis eterne poſſeſſor: nec non et angelice ruine: de qua in ſequentibus adhuc dicetur impletor. ¶ Angelum autem non debuit homo habere redemptorem / vel reparatorem ſui caſus atque ruine. Tum quia forte ad tam magnum negotium non erat niſi ſola dei virtus ſufficiens. Tum etiam quia ſi angelus hominem ab eterna damnatione liberaſſet: eius obſequio / ac ſeruituti debitor videretur aſtrictus. Quamobrem nullatenus reſtauratus foret in illam dignitatem quam habiturus erat ſi non peccaſſet: cum ipſe qui non niſi dei ſeruus et equalis angelis / bonis futurus erat ſeruus eius et eius obſequiis obligatus: quod Deus non eſſet: et etiam cuius angeli ſerui non eſſent. Hac quoque ratione concluditur quod per nullam puram creaturam homo ſupradicto modo perditus / debuit a damnatione perpetua liberari. Quare conſequens eſt deum ſolummodo fuiſſe idoneum ad hominem redimendum reſtaurandum ac preparandum. Deus quippe ad hoc erat ſufficiens propter omnipotentiam ſuam: et ſapiens propter infinitam ſapientiam ſuam: et voluntarius propter bonitatem et miſericordiam ſuam. Non tamen abſque ſatiſfactione et ſufficienti emenda propter iuſtitiam ſuam. Nam ſicut in ſcriptura ipſius frequenter miſericors dicitur. Ita ibidem ſepe dicitur eſſe iuſtus: vt in pſalmo 114. Clementiſſimus eſt dominus et iuſtus: et deus noſter miſerator. Ineſt igitur deo iuſtitia: que exigit ſatiſfactionem. Ineſt ei nihilominus clementia ſeu miſericordia: que ſuperat omnem offenſionem: nunquam vult tamen eam manere impunitam. Si enim peccatum non puniretur per iuſtitiam: ſed parceretur ſemper per miſericordiam. Similiter eſſet apud deum / peccanti et non peccanti: et equales eſſent in conſpectu eius: impius et iuſtus. Quod quidem deo nullatenus conuenire oſtenditur. Ex eo quod legitur in pſalmo. x. Dominus iuſtum probat et impium: et amantem iniquitatem odit animam eius. Item Prouerbiis. x. c. Expectatio iuſtorum gaudium / et ſpes impiorum peribit. Item Iſa. iij. d. Dicite iuſto quoniam bene vel bonum: quia fructum operum ſuorum comedent. Iuſti ſcilicet. Ve impio nequam / retributio manuum eius fiet ei. Item in pſalmo 61. g. Et tibi domine miſericordia / quia vel quoniam tu reddis cuilibet ſecundum opera ſua.

¶ Capitulum. xix. de reſurrectione Chriſti et omnium defunctorum in generali iudicio.

Propterea vt noſtri libelli materia intendatur ad votum. In hoc. xix. cap. de Chriſti reſurrectione referemus: atque mortuorum omnium que per Meſſiam fieri debet in vltimo venturo iudicio. Ad quod primitus illud pſalmi relatione dignum inducatur. videlicet pſalmo. xvi. g. Ubi taliter inuenitur. Ego in iuſtitia videbo faciem tuam: ſatiabor cum reſurrexerit Temunateka. i. forma / vel figura / vel imago / vel ſimilitudo tua. Et nota quod in ſecunda parte capitulo. i. §. quod Meſſias probabitur Meſſiam eſſe faciem dei. Glo. Rabi Abraham / Auen. Azara. Hec viſio non eſt viſio oculi: ſed viſio intellectus. Et non videt hec verba: niſi ille qui didicit ſapientiam anime. Item glo. Ra. Se. Uidebo faciem tuam. ſicut dictum eſt. Iſa. lij. d. Quia oculo ad oculum videbunt. Satiabor cum reſurrexerit / vel euigilauerit forma / vel figura / vel imago tua. i. cum euigilauerit mortui de ſomno ſuo. Dixit Rabi Rahmon. Cum reſurrexerit ſub eo ſenſu: quo dictum eſt. 4. Reg. 4. d. Non reſurrexit puer. Et nota quod hec forma vel figura ſiue imago: non eſt niſi filius dei Meſſias ſecundum diuinitatem: qui ſimilis eſt deo patri: vt in ſecunda parte multipliciter probabitur. Et hec eſt illa figura vel imago quam videbat Moiſes. Numeri. 12. e. Et figura dei contemplatur. Tranſtulit hoc Engaloſ: et dixit. Et ſimilitudinem vel imaginem glorie dei intelligit.

¶ Non eſt hic pretereundum: ſub ſilentio id quod in Bereſſit Rabba. i. ſuper Geneſ. iij. g. vbi de Adam ſcriptum eſt. Et emiſit eum Deus de orto vel de paradiſo voluptatis. Dixit Rabi Rahmia. Emiſſus fuit Adam de paradiſo in iſto ſeculo: ſed in futuro ſeculo non emittetur. Iuuatur autem dictum Rabi Rahmia huiuſcemodi per hoc quod ſcriptum eſt Pſalmo. xvj. g. Ego per iuſtitiam: vel in iuſtitia contemplabor faciem tuam: ſatiabor cum euigilauerit / vel cum ſurrexerit Temunathcka: id eſt forma / vel figura / vel imago /

vel ſimilitudo tua. Dixit Deus ſanctus ⁊ benedictus. In hora illa iuſtificabo eum. i. Adã ab illa ſententia. Dixit Dauid deo ſancto ⁊ benedicto. Et in illa hora in qua euigilabit / vł reſurget ille qui eſt in ſimilitudine tua ſatiabor: ⁊ in iuſtitia contemplabor faciē tuã. Glo. Ra. Se. Contēplabor faciē tuã: ſicut dictũ eſt Iſa. lij. c. Quia oculo ad oculũ videbũt qñ morabit̉ vel ĩhabitabit dñs Sion / vel ſedebit. Idē ĩ Targũ. Quia oculis ſuis videbunt virtutē vel fortitudinem ſuã. Qñ faciet dñs / qñ ſedebit vł morabit̉ deitas ei⁹ ĩ ſion. ¶ Aniaduerte lector in predicta Medras. i. glo. tria myſteria valde magna. Primũ q Adã excluſum olim de paradiſo erat De⁹ iuſtificatur⁹ ablata illa ſententia ↄtra eũ. Secũdũ q tũc erat hoc futurũ qñ iuxta prophetiã Dauid euigilaret: vel reſurgeret Temona. i. figura / vel forma / vł imago / vel ſimilitudo dei. Tertiũ q tũc cũ ille reſurgeret / vel euigilaret qui erat in ſimilitudine dei. i. ſimilis deo: ſciebat Dauid: ⁊ ideo dicebat ſe fore ſatiandũ: ⁊ per iuſtitiam ſe faciem dei viſuruz / ⁊ contēplaturum. Et nota q non dicit ꝑ cuius iuſtitiã: qr forte maluit deũ hoc dicere ꝑ Iſaiã qui de Meſſia filio eius dicit. liij. c. g. Iuſtificabit iuſtus ſeruus meus multos. Et peccata vel iniquitates eorum ipſe baiulauit. Secũdo hic nõ incõgrue ponitur id qđ in libro ſanhedrin in Pereq / Heleq. c. Hoc mõ ſcriptũ eſt. Dixit Rabi Nahmã ad Rabi Iſaaq. Quis fecit te audire: qñ veniet Barnifli. i. filius Cadiuus? Dixit ei. Quis eſt Barnifli? Dixit ei Meſſias. Dixit ei. Meſſiam vocas Barnifli? Dixit ei. Etiam: ſicut de ipſo dictum eſt Amos. ix. e. In die illo ſuſcitabo vel erigã caſulam Dauid Hanofelet. i. deiectam vel proſtratam. Nota q filius Cadiuus fuit Meſſias noſter. ⁊ corpus eius caſula deiecta ſiue proſtrata ĩ paſſione ⁊ morte: ſuſcitata vero ſiue erecta a deo in reſurrectione. ¶ Tertio ad articulũ reſurrectionis adhuc pertĩet id qđ dicit Rabi Moſſe Hadarſan: ſuper Geñ. 22. b. Ubi dicitur. In die tertio. Et leuauit abrahã oculos ſuos: hoc ē qđ ſcriptũ eſt. Oſee. vi. b. Uiuificabit nos a duob⁹ dieb⁹ / vł poſt duos dies. In die tertio ſuſcitabit / vł eriget nos: ⁊ viuemus corã eo / vł ad faciē eius: ⁊ ſciem⁹ vt ſeq̃mur ad cognoſcēduz dñz. In die tertio tribuuz. Geñ. xlij. c. Dixit eis Ioſeph. ĩ die tẽtio. In die tẽtio donatiõis legis. Exo. 19. d. Et fuit in die tẽtio facto mane: ⁊ fuerũt voces ⁊ fulgura. In die tertio exploratorum. Ioſue. ij. e. Et abſcondimini ibi trib⁹ diebus. In die tertio Ione. Et fuit Iona in viſceribus piſcis trib⁹ diebus / ⁊ tribus noctib⁹. Ione. ij. a. In die tẽtio aſcēdētiũ de captiuitate. Eſdre. viij. c. Et caſtrametati ſumus ibi tribus diebus. In die tertio viuificationis mortuorum. Oſee. vi. b. Uiuificabit nos poſt duos dies: ĩ die tertio ſuſcitabit nos: ⁊ viuemus ad faciē ei⁹ / que eſt rex Meſſias. ſicut dictum eſt ps. 79. d. g. Domine Deus exercituum conuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuam ⁊ ſaluabimur. Hec traditio.

¶ De ſupradicta adhuc ſaluatiõe communis reſurrectionis per Meſſiam faciende / habetur in glo. ſuper Geñ. ij. vbi dicitur. Et germinare fecit dominus deus de terra omne lignum. ⁊c. Hoc eſt inquiunt quod ſcriptum eſt ps. 30. c. Quã multum bonum tuũ / qđ celaſti timentibus te. ⁊c. In orto voluptatis. i. paradiſo ſunt edificate ſeptē dom⁹. In quarum quelibet ſunt. xij. milia milliaria ĩ lõgitudine: ⁊ milliaria. x. milia in latitudine: ⁊ centum milia milliaria in altitudine. ⁊c. Dom⁹ autē quinta edificata eſt de lapidibus Onichinis. ⁊c. Habitantes vero in ea ſunt Meſſias fili⁹ Dauid: ⁊ Helias Teſbites: atq; Talamus de lignis Libani quē fecerũt Moiſes ⁊ Aaron in deſerto: et habitaculum eorũ ornatum argento. Cuius ſtramentum vel reclinatorium aureũ: cuius ſella purpurea: ⁊ ĩ medio Talami Meſſias filius Dauid qui eſt diligēs filias Iſrael: ſicut dictũ eſt Canti. iij. f. Medium ei⁹ conſtratum / vel ſuccenſũ amore / vel caritate filiarũ Hieruſalem. Porro Helias ſuſcipiēs caput eius inferius / ⁊ dans in ſinum ſuũ: ⁊ confortans eũ / ⁊ dicens ei. Tolera iudiciuz domini tui. Finis enim prope eſt. In omni vero feria. ij. ⁊ quinta: ⁊ in omni ſabbato: ⁊ die bona. i. die ſolēni: ſunt veniētes ad eũ patres ⁊ iuſti. ⁊ tribus. Moiſes / ⁊ Aaron / et Dauid / ⁊ Salomon: ⁊ omnes reges domus Dauid: ⁊ oēs prophete: ⁊ ipſi flentes cum eo: ⁊ confortantes eum / atq; dicentes ei. Tolera iudiciuz domini tui. Finis quippe prope eſt: ⁊ ad te pertinet: vt viuifices nos. ſicut dictum eſt Oſee. vi. b. Uiuificabit nos a duobus diebus: in die tertio eriget nos / vel ſtatuet / vł ſuſcitabit: ⁊ viuemus coram eo: ⁊ ad faciem eius. Qorah. i. chore / etiaz ⁊ concio eius / ⁊ Abſalon: ſunt venientes omni feria quarta interrogantes eum. Dañ. iiij. Uſq; quo finis mirabilium? Et qñ redibis ⁊ viuificabis nos. ſicut dictuz eſt ps. 84. Nunquid ad ſeculum vel imperpetuũ iraſceris in nos extendens iram tuaz ad generationem ⁊ generationez. Nonne tu redibis ⁊ viuificabis nos: ⁊ populus tuus letabitur in te. Et ipſe dicet eis. Ite ad Abraham / ⁊ querite ab eo. Statim ipſi confuſi non ibunt ad interrogandum. Huc uſq; traditio. Ex iſta enim traditione poteſt ſumi argumentum de paſſione ⁊ morte Chriſti. Et ē notanduz id qđ ibi dicitur: q ad Meſſiam pertinet viuificatio mortuorum / ⁊ ipſe erit reuerſurus in fine mundi ad iudicandum eos. ¶ Quarto premiſſis eſt addendũ id qđ hr̃ ĩ libro Ros Haſſana in Pereq. i. diſtictione que incipit Iom. Tob. b. Sex milibus annorum erit mundus: ⁊ vno millenario erit deſtructus. ſicut dictum eſt Iſa. ij. e. Et exaltabitur dominus ſolus in die illo. Abai dixit: qđ duobus milibus erit deſtructus. ſicut dictum eſt Oſee. vi. b. Uiuificabit nos poſt duos dies in die tertio ſuſcitabit nos: ⁊ viuemus coraz eo / vel ad faciez eius. Animaduerte lector: q iſti Iudeorum ſapientes: qr non probant que dicũt per ea que inducunt / ⁊ dicunt: inſipientes fiunt. Nulla eni ratio cogēte ſeqtur: q mũd⁹ ꝑ mille annos ſit deſtruct⁹ qñ ſolus De⁹ fuerit exaltat⁹. Nec

q: viuificabit homines poſt duos dies. Ideo ſequit̄ q̄ per duo milia annoꝝ deſtructa exiſtat tota mūdi cōgeries. Porro ad probandū fabuloſū eſſe q̄q dicūt ſufficit eoꝝ īducēdo diſcordiā. Meſſias itaq3 nr̄ viuificabit nos a morte culpe poſt duos dies: quibus iacuit in ſepulcro. In die vero tertia reſurgens a mortuis ſuſcitabit nos. Hieronymus in originali. Fruſtra Judei mille annoꝝ ſibi ſpacia pollicentur: cum ſalus vniuerſoꝝ ſit repromiſſa die tertia: qua Deus ab inferis reſurrexit. Uel dicamus primū diē in multa paupertate ⁊ humilitate. Secūdū paſſionis et mortis exceſſū. Tertiū ab hora reſurrectionis ſue vſq3 ad cōſumatū finale iudicium. Uel prim⁹ dies legis nature. Scd̄s Moſaice. Terti⁹ euāgelice. Ul̄ nobis Chriſtianis prim⁹ dies gratie q̄ renaſcimur per baptiſmum. Secūdus ſuſtinentie ſeu penitētie qua ab actualibus iuſtificamur. Et tunc plene curati iuſtificati ⁊ ſuſcitati viuem⁹ vita eterna ad faciem eius viſam a nobis / ⁊ vidētes nos. Propt̄ hoc dr̄ p̄s. ciiij. a. Querite dn̄m Booço. i. in fortitudine vel virtute ei⁹: vel cū virtute: q̄rite faciem ei⁹ iugiter. ¶ Quinto id qd̄ legit̄ in Medras Tibillim: ſup p̄s. xxi. vbi dicitur in titulo ſup ceruaz aurore. Iſtud eſt ac ſi diceret ſcriptura: p̄s. 56. Excitare gloria mea / excitare pſalterium ⁊ cithara: excitabo aurorā. Et infra. Excitare in Edom. i. i Romanis. Futuꝝ ē ei / vt aſtare facias nobis regē Meſſiam. Et quid ē excitabo aurorā. Ego excito aurorā ⁊ aurora nō excitat me. A ſeculo eni non venit ſuper me aurora: ⁊ inuenit me dormiētem: ſ3 ego fui excitās aurorā. Et hoc ē excitabo aurorā. Et ſic eſt ipſe dicēs: p̄s. 118. c. Media nocte ſurgo ad cōfitendū tibi. Hucuſq3 traditio.

¶ Notandū q̄ gloria David eſt in Meſſia: vt habetur in Medras Tibillim: p̄s. 15. Letatū eſt cor meū in verbis legis / ⁊ exultauit gloria mea. Dixit Rabi Habahu. In rege Meſſia: q̄ egreſſur⁹ eſt de me. ſicut dictū eſt Iſa. 4. g. Quia ſuper oī gloria Huppa. i. protectio. i. Meſſias / etiā caro mea habitabit ad fiduciam poſt mortem. Dixit Rabi Iſaaq. Docet propter hoc q̄ non habuit poteſtatem in eo tinea ⁊ vermis. Alia expoſitio. Et exultauit gloria mea. Gloria exultat quando minores ſunt digni ſeruire ſibi. Hec traditio. ¶ Predictis quoq3 adiungēdū eſt q̄ in p̄s. xv. g. taliter ſcriptum eſt. Propter hoc letatum eſt cor meum: ⁊ exultauit gloria mea. Etiam caro mea habitabit ad fiduciam: q: non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum vel pium tuum ad videndu3 corruptionē. ¶ De incorruptione quoq3 corporis Chriſti. dicitur Iſa. li. e. Expedite / mobilis ad aperiendū nec morietur ad corrumpendum / vel putreſcendum: nec deficiet / vel minuetur caro. Et ego dominus Deus tuus. ⁊c. Dixit Rabi Kimhi. Et ſibi Lehem cadens ſuper carnem tantum. i. q̄ non dicitur niſi de carne. Leuiti. xxi. c. Quia Lehem. i. carnem dei tui ipſe ſacrificat / ſanctus erit tibi. ¶ De reſurrectione vero corporum habetur in Medras Tibillim: ſup p̄s. 92. vbi dicitur. Preparatus thronus tuus ex tunc rex Meſſias aſcendit in mente dei ſancti et benedicti ante creationem mundi. Sicut dictum eſt p̄s. 71. Ante ſole3 Jinnon. i. filiabit / vel naſci faciet. Fuit nomē ei⁹ Jinnon: q: futurū ē: vt ipſe Jannin. i. filiet vel naſci faciat omnes dormiētes ī puluere. Hec traditio. ¶ Ad premiſſa valde cōuenit id qd̄ ſcripſit Paulus ad Corin. 15. c. Qd̄ q̄dem per hominē mors: ⁊ per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita ⁊ in Chriſto omnes viuificabuntur.

¶ Dixit Rabi Nahmon. Dormiētes pulueris ſūt mortui. ſicut dictū eſt Dan̄. xij. b. Et multi de dormientibus in terre puluere euigilabunt. Hi ad vita3 eternā: ⁊ hi ad opprobriū ⁊ ad vermiculationē eterna3. ¶ Ad hoc facit id qd̄ in p̄s. iij. taliter ſcriptum eſt. Ego dormiui ⁊ ſoporat⁹ ſum: reſurrexi / vel euigilaui q: dn̄s ſuſcipiet me. Per manus regis Meſſie dicit Medras. i. gloſa. ¶ Adhuc dicendum eſt: id qd̄ Soph. iij. c. taliter ſcriptu3 eſt. Propter hoc expectate me dicit dominus in die reſurrectionis mee ad futurū: q: iudiciū meū: vt congregē gētes: vt colligam regna ad effundendum ſup eos indignationem meā. Omnem iram naſi mei: q: in igne zeli mei deuorabitur tota terra. Quia tunc conuertam ad populos labiū electū ad inuocandum omnes nomen dn̄i / ⁊ ad colēdū eu3 humero vno / vel humer⁹ vn⁹ / vel pars vna. ſicut dictū eſt Gen̄. 48. g. Et ego dedi tibi humerum vnū. i. partem vnam. Idē in Targū. Propt̄ hoc expectate verbum meū ait dominus ī die oſtenſionis mee ad iudicandū ⁊c. In igne eni vindicte mee conſumentur omnes impij terre. Notandum q̄ in ſecunda parte capi. iij. Deo dāte probabitur q̄ Meſſias eſt verbum dei. ¶ Qd̄ autem predicta dei / vbiq3 ſui / expectatio dicat̄ de Meſſia: inde oſtēditur vbi in pereq Heleq. c. talit̄ ſcriptum eſt. Si tardauerit ſe expecta eum: q: veniens veniet ⁊ non tardabit. Abacuq. 2. b. Si tardauerit ſe rex Meſſias expecta eum. ⁊c. Et fortaſſis tu dicis q̄ nos expectamus eum / ⁊ ipſe non expectans: ſed hoc eſt ſicut dictum eſt. Iſa. 30. c. Propter hoc expectat dominus / vt miſereatur veſtri. Et quid eſt ex quo ipſe expectat / ⁊ nos expectamus. Quid retardat: Regula / vel mos iudicij retardat. Nos quare expectamus: vt recipiamus mercedem. ſicut dictum eſt Iſa. 30. c. Beati omnes qui expectant eum. ¶ His apte valde ſubiungitur id qd̄ in Ceder Olam / taliter ſcriptum eſt Dan̄. 2. c. Nouit q̄ in tenebris eſt: hoc eſt pena impiorum in gehenna. Et lux cum eo eſt. Hoc eſt donatio mercedis iuſtorum in ſeculo vēturo. ¶ Qd̄ vero hec lux / vel lumen que premium ſiue merces eſt futura iuſtorum ſit Meſſias. Inde habetur vbi in Bereſſit minori ſuper Gen̄. i. a. taliter dictum eſt. In principio creauit Deus. Dixit Rabi Abba. Et lux cum eo eſt. Dan̄. 2. c. Hec lux eſt rex Meſſias. ¶ Predictis adhuc addēdū ē id qd̄ Iſa. xl. c. hoc mō ſcriptu3 ē. Ecce dominus Deus in fortitudine veniet: ⁊ brachium

eius dominabitur ei. Ecce merces eius cum eo. ¶ Ad idē quoqȝ facit id qđ ſcriptuȝ eſt Geñ. xv. a. Non timeas Abram. Ego ero ſcutuȝ tibi merces tua multa valde. ¶ Infatuati vero Iudei negant Chriſti ſecundum aduentum. Quapropter ſepius obijciunt ꝙ Chriſtus noſter non fuit Meſſias: qꝛ non venit cum nubibus celi. ſicut ſcriptuȝ eſt Dañ. 7. c. Uidens fui in viſione noctis: ⁊ ecce cum nubibus celorum / vel celi ſicut filius / vel q̄ſi filius hominis veniens erat: ⁊ vſqȝ ad antiquum dierꝫ puenit. Et corā eo obtulerūt eū. Et ei dedit poteſtatem / ⁊ honorē / ⁊ regnū / ⁊ oēs populi tribus / ⁊ lingue ei ſeruient. Poteſtas eius poteſtas eterna que nō preteribit: ⁊ regnum eius qđ nō corrumpetur. ¶ Dixit Rabi Abrahā / Auen / Azara ſup Danielem ꝙ Rabi Iehoſſua dixit hūc q̄ſi filius hominis eſſe Meſſiam. Et ꝙ optime dixit. Itē q̄ſi filius hoīs. Glo. Ra. Se. Ipe ē rex Meſſias. Huic obiectioni breuiter reſpondenduȝ. Daniel omnibus diſcernendi ſubſequētia per precedentia: intellectum habentibus: euidenter oſtendit / de vltimo aduētu Meſſie ad extremū iudicium: ⁊ non de primo ſe fuiſſe locutum. Predictis ſiquidem verbis premiſit dicēs. Dañ. 8. d. Uidens fui: donec throni poſiti ſūt / vel iactati: ⁊ antiquꝰ dierum ſedit. ⁊c. Uſqȝ iudicium ſedit: ⁊ libri aptī fuerunt. ⁊c. vſqȝ ⁊ ecce cum nubibus celi quaſi filius hominis veniebat. ⁊c. Manifeſtū eſt igitur ꝙ de vltimo Chriſti aduentu: ⁊ nō de primo hic loquitur. ¶ Duplicem quippe aduentum Meſſie in ſacra ſcriptura inueniunt quicūqȝ eaȝ intelligūt: ⁊ qui ſpiritualiter ceci non ſunt. Unū videliceȝ cū ſūma humilitate ac vilitate. Alterū cū ſūmo honore ac maieſtate. De primo loquit̄ȝ Zach. ꝓpheta: vbi ait. Zach. 9. c. Exulta valde filia ſion: iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus ⁊ ſaluatus ipſe. Pauper vel humilis / vl' māſuetus: ⁊ equitās ſuper aſinam vel aſinum: ⁊ ſup pullum filium aſinarū. Glo. Ra. Se. Ecce rex tuus. ⁊c. Zach. 9. c. Non pōt hoc exponi niſi ſuper rege Meſſia. ¶ De prīo quoqȝ aduētu Chriſti locutus eſt Iſa. liij. a. vbi ait de ipſo. Et vidimus euȝ ⁊ non viſione: ⁊ deſideramus eum deſpectū ⁊ ꝓhibitum virorum. ⁊c. quaſi dicat. Uidemus eum ſpiritu prophetico: ⁊ non viſione oculorum: ⁊ tñ deſideramus eum deſpectū ⁊ prohibitū virorꝫ. i. ita deſpectū ſicut deſpectus eſt ille qui prohibet̄ eſſe in congregatione ⁊ ſocietate virorꝫ. ¶ De vltimo vero aduentu Meſſie. Locutꝰ eſt Daniel in premiſſis: ſicut probatum eſt. ¶ Iudei autem conantur probare non veniſſe Meſſiam: nec dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fuiſſe: qꝛ nondum viſum eſt: ꝙ in diebus Meſſie faciēdum per Iſa. 30. e. prophetatuȝ eſt. Et erit lux lune ſicut lux ſolis: ⁊ lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum in die alligationis domini fracturam populi ſui: et vulnus plage illius ſanauerit. Cum igitur inquiunt Iudei in diebus Ieſu hec nūq̄ acciderit: nec poſt eius aduentum: patet ꝙ ipſe Chriſtus non fuit: ⁊ ꝙ Meſſias nondum venit. In aduentu quippe Meſſie erat ſic: ⁊ ē ſic futurꝫ: vt traditum eſt nobis a magiſtris noſtris. ¶ Dicendum eſt eis id qđ ſcriptum eſt in Pereq Heleq. a. Rabi Hazda obiecit. Scriptū eſt Iſa. 24. g. Et erubeſcet luna ⁊ confundetur ſol. Et ſcriptum eſt Iſa. 30. e. Et erit lux lune ſicut lux ſolis: ⁊ lux ſolis ſeptempliciter. ⁊c. Nō eſt cōtradictio. Sic enī erit in ſeculo futuro: ſic vero in diebꝰ Meſſie. Et Samueli qui dixit. Non erit inter ſeculuȝ iſtud: ⁊ dies Meſſie niſi liberatio ſolū a ſeruitute regnorum. Quid erit hic dicenduȝ? Non ē cōtrarietas. Sic in caſtris iuſtorum: ſic in caſtris impiorꝫ. Et aliqui libri hñt. ſic ī caſtris Sekina. i. diuinitatis. Hucuſqȝ Talmud. Glo. Ra. Se. Et erubeſcet luna: ⁊ confundetur ſol in futuro propter multitudinem ſplendoris iuſtorum. Alia expoſitio. Et erubeſcet luna, ⁊ confundetur ſol cuȝ regnauerit dñs exercituum in monte Sion: ⁊ etiā in Hieruſaleȝ: ⁊ coram ſenioribus ſuis fuerit honoratus. Dixit iterꝫ ibidē Ra. Se. Qđ Targū dicit. Et erubeſcet luna. ⁊c. Hoc eſt. Et erubeſcet qui colebāt lunā: ⁊ confundētur qui adorabant ſolē: cū reuelabit̄ regnum dñi exercituū in monte Sion ⁊ in Hieruſalem: et coram ſenioribus populi ſui fuerit honoratus. ¶ Nota ꝙ ex verbis Samuelis ātedictis: probatur euidēter ꝙ erit lux lune ſicut lux ſolis: et lux ſolis ſeptemplicit̄. ⁊c. Ut ſupra intelligēdū eſt de ſeculo venturo: ⁊ nō de diebꝰ Meſſie. Porro erubeſcet luna. ⁊c. Cōpletū ē in diebus dñi noſtri Ieſu Chriſti. Nō ſolū q̄ñ in morte ipſiꝰ ſol obſcuratꝰ ē: et ꝑ cōſequēs luna q̄ lumē habet a ſole. Sed etiā ſecundū iſtud Targū: q̄ñ totꝰ pene mūdus: et maxie Romani ſiue Latini et Greci: cultum ſolis et lune: necnon et planetarū oīm erubeſcētes ob predicationē Chriſti et diſcipulorū abiecerūt: et colla iugo Chriſtiani cultꝰ et fidei: humiliter ſubmiſerunt. Quare patet ꝙ ꝑdicta ratio potiꝰ ē cōtra eos: ſi ſit qui ītelligat q̄ pro eis.

¶ Et lux ſolis erit. ⁊c. Dr̄ ī Targū. i. in trāſlatione Caldaica. Et lux ſolis futura ē lucere parit̄ trecētis et. xliij. vicibꝰ: vt lux. vij. dierꝫ. Itē glo. Ra. Se. Et erit lux ſolis Sibaataiȝ. i. ſeptempl'r: ſicut lux. vij. dierū. Hic nūerꝰ ē ſepties ſeptē ſeptene. ſic lux. vij. dierꝫ. que ſūt. xlix. Aſcendentes ad cccxliij. Hec Ra. Se. Et ſic ꝑdicte obiectiōi habet̄ rurſū. Cui etiā cōſonū ē: ꝙ in Iſa. xl. c. de aduētu ſaluatoris ꝑmo atqȝ ſcđo: mixti dictū ē. Ecce dominꝰ Deꝰ ī fortitudine veniet: ⁊ brachiū eius dominās ei. Ecce merces eiꝰ cū eo: et opꝰ eiꝰ coraȝ ipſo. Sic paſtor gregē ſuū paſcet ī brachio ſuo cōgregabit agnos. ⁊c. Idē ī Targū. Ecce dñs Deꝰ ī fortitudie reuelabit̄ et fortitudo brachij roborꝫ eiꝰ dñabit̄ corā eo. Ecce merces faciētiū vbū eiꝰ cū eo. Quia oīa opa eorꝫ māifeſta corā eo. ſicut paſtor q̄ gregē ſuū paſcit ī brachio ſuo ꝯgregabit agnos. ⁊c. Glo. Ra. Se. Ecce merces eiꝰ ꝓparata cū eo iuſtis. et opꝰ eiꝰ. i. merces opis quā daturꝰ ē eis. ¶ Ad hꝰ ē ptiēt qđ legit̄ ī Bereſſit Raba minori ſuper Geñ. v. a. Iſte liber generationū Ade. Hoc eſt ac ſi dixerit ſcriptura. Iſa. lij. f. Qm̄ non

in ſēpiternū.ſ. Arib litigabo vel cōtēdā cū Adā prīo: neqȝ ineternū iraſcar cū generationibꝰ eiꝰ. Quia ſps eiꝰ ex facie mea amicieť / vľ iduet / vel anxiabiť: ⁊ aīas ego feci. Rabi Tanhū. Et dixerunt ei in nomine magiſtroꝝ. Nūq̄ rex Meſſias veniet: donec create fuerint oēs anime q̄ aſcenderunt in cogitatione ad creandū. Hoc eſt quas Deus preuidit creandas. Que eſt huius rei probatio: Et animas ego feci. Iſa. 57. f. Hoc eſt propť aīas ego feci vt. ſ. veniret Meſſias. ¶ In Medras quoqȝ Qohelet. i. in Eccle. 1. b. Scriptuȝ ē. Super circuitus ſuos reuertitur ſps. Rabi Halia dixit. Ad ſeculum. i. nunq̄ veniet Meſſias: donec ſteterint oēs anime que aſcenderunt in cogitatione ad creandum. Et he ſunt anime dicte in libro Ade prioris. De quo dictū Gen̄. v. a. Iſte ē liber generationū Ade. ¶ De Meſſia autē legiť in antiqua Bereſſit Raba ſup illud Gen̄. 49. Donec veniat Silo. Iſte eſt Meſſias. Et ad eum cōgregabunt ſe gentes: qꝛ ipſe erit iudicās totū mūdum. Et hoc eſt qȯ ſcriptuȝ eſt. Mich. 4. Et iudicabit inter gētes / ⁊ arguet populos mltos. ⁊c. Et dictum eſt. Iſa. xi. a. Et iudicabit in iuſtitia pauperes: ⁊ arguet ī equitate māſuetis terre. Et percutiet terram in virga oris ſui: ⁊ in ſpū labiorum ſuorum interficiet impium.

¶ De Chriſti aſcenſione. Caplm. xx.

DIcto de reſurrectiōe Chriſti: necnon ⁊ reſurrectione mortuorū ī generali iudicio. Reſtat dicendum hoc in loco de Chriſti ad celos aſcēſione. ¶ Primo igitur illud ponatur ꝙ in. 32. Deuť. f. taliter ſcriptum eſt. Quia leuabo ad celos manum meā. Idem in Targū. Quia ordinabo vľ p̄parabo in celo domū diuinitatis mee. ⁊ dicā permanens ego ineternum. Itē glo. Ra. Se. Manū meam. i. locum diuinitatis mee. ¶ Locus autem diuinitatis ⁊ domus: Meſſias homo eſt. Iſa. lvij. f. ſatis oſtenditur cum dicitur. Sic ait excelſus habitās eternitatē Qados. i. ſctūs nomen eius. Excelſum ⁊ ſāctum ihabito ⁊ cōtritum ⁊ inferiorem ſpiritu ad viuificādum ſpm̄ inferiorum: ⁊ ad viuificādum cor contritorum. Glo. Ra. Selo. Excelſum ⁊ ſanctum inhabito: ⁊ inde ego ſū cū cōtrito ⁊ cum inferiore ſpū. Prolongo enim diuinitatem meā ſup eū. Hec Ra. Selo. ¶ Porro contritus / ⁊ inferior ſpū. i. humilis: nullus melius q̄ Meſſias eſt. De quo ꝑ Iſa. liij. d. Taliter dictuȝ eſt. Et deſiderauimus eū deſpectum ⁊ prohibitum viroꝝ. ⁊c. Percuſſuȝ dei ⁊ humiliatū. Et ipſe vulneratꝰ vel occiſus propter culpas noſtras: contritus ꝓpter peccata noſtra. ⁊c. Nota ꝙ Rabi Selomo; ī predictis duabus expoſitionibꝰ prophetauit: vt de alijs dicitur ī Talmud: ⁊ neſciuit quid prophetauerit. ¶ Secundo inducēdū ē id qȯ Mich. ij. g. de Meſſia taliter ſcriptū eſt. Aſcendit / portelluȝ faciens ante eos: irruerunt ⁊ trāſierūt portam: ⁊ egreſſi ſunt per eam. Et trāſibit rex eoꝝ āte eos / ⁊ dominus in capite ipſorum. ¶ Ad intelligētiā iſtorum facit id qȯ ſcriptum eſt in Bereſſit Raba Rabi Moſſe Hadarſan: ſup illud Geneſ. 44. vbi dicitur. In ſomnio noſtro. Et ecce vitis coram me. Hoc ē qȯ ſcriptū eſt: p̄s. 79. f. Perfice vel preparā quā plātauit dextera tua. Plāta de inferiꝰ: ⁊ h̄ eſt Abrahā. Plāta de ſuperiꝰ: ⁊ h̄ eſt Meſſias. de quo dictum eſt. Mich. ij. g. Aſcēdit portellum faciens corā eis. Hucuſqȝ traditio. ¶ Aſcendit portelluȝ faciens. Glo. Ra. Se. i. Saluator corū portellum faciens in ſepibus ſpinaꝝ: ⁊ vep̄uȝ: ad dirigēdum eis viam. ¶ Dixit quoqȝ Rabi Moſſe Hadarſan predictus: ſup Gen̄. 44. c. Et acceſſit ad eū Iudas. Hoc eſt qȯ ſcriptum eſt Cāť. 1. a. Exultabimus ⁊ letabimur in te. Qn̄: Qn̄ aſcēdēt captiuitates de gehēna: ⁊ diuinitas erit in capite eoꝝ. Sicut dictuȝ ē Mich. ij. g. Et trāſibit rex eorū corā eis: et dominꝰ in capite ipſorum. ¶ Item in Bereſſit Raba Rabi predictꝰ. vbi in Gen̄. 41. a. taliter ſcriptū eſt. Poſt finem duorum annorū: ⁊ Pharao ſoniauit. ⁊c. Sed q̇d eſt adhuc qȯ ſcriptum eſt. Dn̄s abſoluet Azorū. i. captiuos: in p̄s. 145. Captiuos inferni / captiuos mortis. Hucuſqȝ Rabi Moiſes. ¶ Item in Medras. i. gloſa iuxta per plāctum. Hieť. 1. g. Multa ſunt ſuſpiria mea: ⁊ cor meū merens. Tu es inueniēs ꝙ in eiſdeȝ rebus in quibꝰ peccauit Iſrael: eſt punitus deinde conſolatus. Peccauerunt in capite. ſicut ſcriptum eſt Numeri. 14. b. Deť nobis caput ⁊ reuertamur in Egiptum. Et puniti ſunt in capite: ſicut ſcriptū eſt Iſa. 1. b. Omne caput ad lāguorē. Et conſolādi erant in capite: ſicut ſcriptum ē Mich. 2. g. Et trāſibit rex corā eis: ⁊ dominus in capite ipſorū. ¶ Qȯ Meſſias dicatur caput Iſrael. inde habetur / vbi in Oſee. 1. g. ita diciť. Et congregabūtur filij Iuda / ⁊ filij Iſrael pariter: ⁊ ponent ſibi caput vnuȝ. Glo. Ra. Se. Dauid regē ſuum: qꝛ magnus dies Iſreel. i. qꝛ magnus dies cōgregationis ſeminis eoꝝ. Hec Ra. Se. Qȯ vero Meſſias ſit caput Iſrael: adhuc inquire in ſecūda ꝑte ca. vi. §. Quibus. Et. §. Qȯ enim. ¶ Tertio inducendum eſt qȯ in p̄s. lxvij. d. taliter ſcriptum eſt. Aſcēdiſti ad altuȝ: predatus es p̄dā: accepiſti dona in Adaȝ: ⁊ etiā deuiātes / ad habitandū cū domino deo. ¶ Quarto p̄dictis addenduȝ eſt id qȯ Amos. 9. c. Hoc modo dictum eſt. Edificans in celo vel in celis aſcenſionem ſuam / vel aſcenſiones ſuas / ⁊ faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. Vocans aquas maris / ⁊ effundens eas ſuper faciem terre. Iod / He / Vau / He. i. dominus Deꝰ nomen eius. ¶ Iteȝ in Targū. Qui poſuit in robuſto altiſſimo diuinitatem glorie ſue: ⁊ eccleſiaȝ vel ſcolam ſuam ſuper terram confirmauit. Qui dixit / vt congregarentur turme / ⁊ multitudines velut aque maris / ⁊ ſpergeret eas ſuper faciē terre. Iod / He / Vau / He / eſt nomē eiꝰ. ¶ Nota ꝙ ī ſecunda parte capitulo primo: ⁊ in aliis plerīſqȝ probabitur: ꝙ Iod / He / Vau / He / ē nomē Meſſie: ⁊ eſt nomen dei ſibi ſoli appropriatuȝ. Ibiqȝ inuenies notatum de dignitate eiuſdeȝ nominis dei: qȯ grece dicitur Tetragramaton.

¶ Quinto facit ad Chriſti aſcēſionem: id qȝ ſcriptum eſt Deutero.33.f. Nō eſt ſicut deus rectus aſcenſor vel eqtator celi in adiutore tuo: ⁊ in magnificētia ſua nubes vel celos. Idē in Targum. Non eſt niſi deus rectus cuius diuinitas in celis in adiutore tuo: ⁊ virtus vel fortitudo eius in celis celorū. Itē aſcenſor celi. Glo. Ra. Selo. Ipſe eſt ille deus q̄ eſt in adiutore tuo ⁊ in magnificentia ſua ipſe eſt aſcenſor vel equitās ſchaqim.i. celos vel nubes. Quare in ſecūda parte ibi inuenies ꝙ Meſſias vocatur adiutor. ¶ Sexto predictis addatur qȝ legitur in p̄s.ciij. Ponēs nubes currum ſuū vel equitaturā ſuā: ambulās ſup alas venti. Faciēs nūcios ⁊ miniſtros ſuos ignē vrentē: fundauit terram ſup baſim ſuam: nō labet̄ ī ſeculum et vltra. ¶ Myſtice terra hic eccleſia Iſrael.i. apoſtoli ⁊ alij Meſſie noſtri diſcipuli qui Iſraelite fuerūt. Baſis q̄qȝ eccleſie eſt ip̄e Meſſias. Ad qȝ facit qȝ legitur in Medras Cohelet ꝑmo.b. vbi ſcriptum eſt. Generatio vadēs et generatio veniēs et terra ad ſeculū eſt ſtans. Dixit Rabi Iſaaq. Regnum iſtud intrat ⁊ regnū iſtō egreditur: Iſrael aūt ſtat. Iuuat̄ autē hoc a ſcriptura q̄ dicit Iudicū.18.g. Et Ionatā fili⁹ Gerſo, filius Manaſſes ipſe ⁊ filij eius fuerunt ſacerdotes tribui Dan vſqȝ ad diē tranſmigrationis terre. Et nūquid terra trāſmigrat aut trāſfert ſe? Sed iſti ſunt Iſrael q̄ vocātur terra: ſicut dictum eſt Michee.11.d. Et beatificabunt vos oēs gentes cum fueritis terra deſiderabilis. Huc vſqȝ traditio.

¶ De ſacramento Euchariſtie.
Capitulum.xxj.

Quoniā de Chriſti aſcēſiōe ad celos q̄tum ad iſtius operis ſufficientiā pertinet: dictū eſt Nūc de Euchariſtie ſcramento erit vlteri⁹ preponendum Circa qȝ quidē ꝑmittēdū eſt id qȝ p̄s.91.a. De⁹ iudicia tua regi da. Scōm antiquos Iudeorum Rabines ſiue magiſtros: loquit̄ de Meſſia. ¶ Hoc aūt inde euidenter habetur vbi ī Medras Tihillim.i. in gloſa pſalmorū ita ſcriptum eſt. ſup p̄s.71. Cui⁹ titul⁹ talis eſt. Liſlomo.i. pacifico. Deus iudicia tua regi da. Iſte ē rex Meſſias: de quo dictū eſt Iſa.xj.a. Et egrediet̄ virgultū de ſtirpe Iſſai. ¶ Notanduȝ eſt aūt hic / ꝙ Rabi Selomo nititur hūc pſalmū exponere de Salomone: vſqȝ ad locū vbi dicit̄. Pullulabit vl' germinabit in diebus eius iuſtus: ⁊ habūdantia pacis vſqȝ ad ſeniū vel defectū lune. Nō ipſe exponens ait. Germinabit in diebus eius.i. Salomonis. iuſtus.i. in diebus eius multiplicabūtur iuſti: ⁊ germinabit habundantia pacis in diebus eius: vſqȝ ad defectum lune.i. vſqȝquo nō ſit mūdus. Et tota hec oratio ꝯpleta eſt / iſto verbo excepto. Qm̄ peccauit Salomō / ⁊ ſic nō eſt ꝓlongatū regnū eius. ⁊c. vſqȝ erit Piçat h frumēti. Linguagiū eſt habundātie ⁊ multiplicatiōis. Magiſtri aūt noſtri bone memorie expoſuerunt ipſum eſſe linguagiū placentarū ad dies Meſſie: ⁊ totū pſalmum de rege Meſſia: expoſuerunt ſupple. huc vſqȝ Ra. Se. ¶ Notādum eſt intime: ꝙ vbi tranſlatio nr̄a habet in predicto p̄s. Et erit firmamentum in terra. Hebraica veritas hȝ Piçat bar.i. Placenta vel fructum frumenti in terra.

¶ Quō aūt ⁊ qualiter erat futurus Meſſias Piçat bar.i. placenta frumenti in terra: ſcōm opinionem magiſtrorum Iudeorum. Inde habetur vbi in libro qui dicit̄ Cifre / taliter ſcriptum eſt. Dn̄s ſolus deducet eū: ⁊ non erit cū eo de⁹ alienus. Deutero.32.c. Dixit de⁹ ſanct⁹ et benedict⁹ Futur⁹ ſum ego vt cōuertā vos in māſuetudine vel tranquillitate ſpirit⁹ in mundo iſto: ⁊ nō erit cum eo deus alienus. Quia nō erūt in vobis filij Adā exercētes negociationem aliquā quēadmodū dictum eſt p̄s.71. Erit Piçat bar.i. placenta frumenti in terra in capite montium. Erit Piçat bar. Qm̄ frumenta erunt producentia in diebus Meſſie geluzcaot.i. placentas / ſicut eſt plenitudo Fiçat.i. calli vel rotule vole ſeu palme iſtius. Sequitur. Tremet ſicut libanus fructus eius: qȝ frumēta fricabūt ſe: iſtud cū iſto. ⁊ deijciēt ſimilā ſuā in terrā: ⁊ tu eris veniens ⁊ accipiens inde plenitudinē piçat.i. rotule palme iſtius ſm refectionem tuā vel ꝓuiſionē. ¶ Hoc idem habetur aliquantulū aliter in libro Cetubot.i. ſponſalitiorum: in Pereq.i. diſtinctione q̄ incipit. Sene / Datiane.f. Dixit Rabi Hira. Futura eſt terra Iſrael vt ꝓducat placētas ⁊ ornatū purpure: ſicut dictū eſt p̄s.71. Erit placenta frumenti in terra Et nota ꝙ in lingua Romanorū placenta tenuis et extenſa / vocatur piçat. Legerūt magiſtri ſup illud p̄s.71. vbi dicit̄. Erit Piçat.i. petia vel fruſtum frumenti in terra. Dixerunt. Futurum eſt vt triticū palmeſcat et aſcendat ſicut palma: ſicut dictum eſt p̄s.71. Erit piçat.i. fruſtum frumenti in terra. Et fortaſſis dices. Labor erit in colligēdo. Docet q̄d ſit ad hoc dicendū. qȝ ſequit̄. Contremiſcet vel mouebit̄ ſicut libanus fructus eius Deus ſanctus ⁊ benedictus educet vētuȝ de theſauris ſuis ⁊ ſepabit ſimilam ipſius. Veniet autē homo ⁊ portabit plenā volā manus ſue: ⁊ procurabit inde ꝓuiſionē ſuam ⁊ prouiſionē virorū domus ſue. Glo. Ra. Se. Et totum hoc erit in diebus Meſſie. ¶ Dixit Rabi Qimhi. Erit Piçat bar. in terra. p̄s.71. quaſi dicat. Erit fruſtum vel pecia frumenti. ¶ Ex his patet: ꝙ p̄s iſte loquit̄ de Meſſia. Quo ſic premiſſo: euidēs eſt ſm exigentiā textus: futurū fuiſſe ꝙ Meſſias eſſet placēta frumenti in terra. De ipſo quippe dictū eſt vt multipliciter in precedentibus probatū eſt. Erit piçat bar.i. pecia vel fruſtum vel placenta frumēti in terra. ¶ Deniqȝ predictis aſſociandū eſt aliud qȝ in Bereſſit q̄qȝ Raba Rabi Moſſe Hadarſan: taliter dictuȝ eſt. ſuper illud Geñ.xiiij.e. vbi dicitur. Et Malqicedeq rex Saleȝ.⁊c. Iſte erat Sem filius Noe. Et quid docet dicendū: ꝓduxit panē et vinū. Rabi Samuel Barnahman dixit.

Sententias ſacerdotij tradidit ei. Et erat ipſe
ſacrificans panē ⁊ vinū Deo ſancto ⁊ benedicto
ſicut dictū eſt. Et ipſe erat ſacerdos Deo altiſſi=
mo/rex Salem. Locus quādoqꝫ iuſtificat habi
tatores ſuos. Alius ſermo. Produxit panez. Hic
eſt panis ꝓpoſitionis/ ⁊ vinū.i.libamina. Ma=
giſtri dixerunt:ꝙ legē reuelauit ei qui dixit. Pro
uerb.9.b. Uenite comedite panē meum/⁊ bibite
vinū qd miſcui. Alius ſermo. Melqicedeq. Hoc
eſt ac ſi dixerit ſcriptura:qd dictū eſt ps.cix. Iu=
rauit dñs ⁊ nō penitebit eū:tu es ſacerdos ad ſe=
culū ſcdm vel ſup ordinē Melqicedeq. Et quis ē
iſte: Iſte eſt rex iuſtus ⁊ ſaluator rex Meſſias:ſi=
cut dictum eſt/zach.ix. Ecce rex tuus venit tibi
iuſtus ⁊ ſaluator. Et quid docet dicēdū:protulit
panem ⁊ vinū:quaſi dicat. Erit placenta tritici
in terra. Et hoc eſt qd ſcriptum eſt/Geñ.ix.e. Et
ipſe ſacerdos deo altiſſimo:hec traditio. ¶ Cui
cōſonū valde eſt Targum.i.tranſlatio hui⁹ ver=
ſus apud eos i Caldaico:q̄ talis eſt. Erit Corbā
id eſt ſacrificiū frumēti in terra in capite montiū
eccleſie. ¶ Nota ꝙ montes eccleſie nulli cōueni
entius dici poſſunt/q̄ eius prelati et ſacerdotes
in quibus hec ſcriptura tunc videtur impleri: qñ
eleuat corpus Chriſti ſup caput ſuū. Nec eſt mi=
randū de antiqs ſapientibus Iudeorū q̄ ꝑ talez
modū vt predictū eſt. dixerunt ſepe dictā aucto=
ritatē exponendo Meſſiā futurū fuiſſe placentaz
vel,fruſtum frumēti in terra. Quid enim aliō me=
lius dicere poterāt quibus nōdū rei veritas fue=
rat propalata: Qꝫ etiā patres ſcti vocentur mō=
tes:habes ſupra/cap.4.§. Meſſias igit. ¶ De ci
bo deinde ſacrificij corpis ſaluatoris noſtri:ha=
betur in Bereſſit Raba Rabi Moiſe Hadarſan.
ſup Geñ.39.a.vbi dicitur. Ioſeph aūt. deſcende
runt cum eo in Egiptū. Hoc eſt ac ſi dixiſſet hec
ſcriptura id qd ſcriptū eſt. Oſee.9.b. In funibus
Adam trahaz eos i vinculis amoris. Et ero eis
ſicut eleuatores iugi ſup maxillas eorū:⁊ dimit=
tam ad eum vel inclinabo ad eū Okil.i.comeſti=
onem vel cibum. In funibus Adam trahā eos.
Iſti ſunt Iſrael:ſicut dictuz eſt:Cant.j.b. Trahe
me poſt te curremus:in vinculis dilectiōis: ſicut
dictum eſt/Malach.1.a. Dilexi vos ait dñs. Et
ero eis ſicut eleuatores iugi: qꝛ exaltaui tribula=
tiones eorum ſup eos:totū hoc quare: Sup ma
xillas eorū.i.ꝓpter verbū qd emiſerunt ex fauci
bus vel ex maxillis ſuis: dicentes. ij. Regum
20.a. Nō eſt nobis pars in Dauid. et in fine. Et
inclinabo ad eum cibum vel comeſtionē bonaz
ſuauem ⁊ magnā cui nō eſt alia ſimilis:de qua di
ctum eſt:ps.lxxj. Erit Piçat bar.i. placenta vel
fruſtum frumenti in terra. Hec traditio. ¶ Proui
de lector ꝯſidera notabiles ꝓpoſitiones ꝓ cor=
pore Chriſti ac optime cōuenientes fidei noſtre
ſpecialiter in iſtis duabus vltimis traditionibus
Et ꝑ Targum in quibus habetur.ſ.ſupra.§. Deni
qꝫ. Qd rex Meſſias iuſt⁹ et ſaluator et ſacerdos
ad ſeculū:erit placenta tritici in terra. Et in trāſ
latione Caldaica tranſlata ante aduentum dñi

Ieſu Chriſti/habetur. Erit ſacrificium frumenti
in terra in capite montiū eccleſie. Et in traditio
ne ꝓxima legitur:ꝙ iſta placenta frumenti i ter
ra:eſt cibus vel comeſtio bona.ſuauis ⁊ magna.
cui nō eſt alia ſimilis inclinata a deo. Quapropꝫ
concludiꝫ Meſſiam ſiue Chriſtum eſſe placentā
frumenti in terra:⁊ ſacrificium in capite montiū
eccleſie.et cibū ſuauiſſimū cui nō eſt alius ſimilis
inclinatus a deo. Hec autē oīa optime ꝯueniunt
cū eo qd legiꝫ/Io.vj.e. Ego ſum panis viu⁹ qui
de celo deſcendi:ſi qs manducauerit ex hox pa=
ne viuet ineternū. Et panē quē ego dabo ei/ ca=
ro mea eſt pro mūdi vita. De iſto nāqꝫ pane pre=
dictū fuerat/Prouerb.ix.b. Uenite comedite pa
nem meum ⁊ bibite vinū qd miſcui vobis.⁊ īfra.
Panis abſcondit⁹ ſuauior eſt. ¶ Qd de ſolo igi=
tur Chriſto ſiue Meſſia dicaꝫ in predicto ps.ha=
beꝫ in Medras Qohelet.i. Eccle.1.c.vbi taliter
ſcriptū eſt. Id qd fuit ipſum eſt qd erit. Rabi Ba=
rakia in noīe Rabi Iſaaq dixit: ſicut fuit Goel.i.
redēptor primus.ſic erit redemptor vltimus.⁊c.
Et ſubditur. Quēadmodū Goel primus fecit de
ſcendere māna:ſicut dictū eſt Exo.xvj.b. Ecce
ego pluā vobis panē de celis. Sic quoqꝫ Goel
vltimus.i. Meſſias erit piçat bar.i. placenta fru
menti in terra:ſicut ſcriptum eſt ps.lxxi.f. Huc
vſqꝫ traditio. ¶ Nota ꝙ null⁹ rationabiliter po
teſt inficiari auditis premiſſis: cōuerſionē panis
et vini in corpus Chriſti virtute dei ſi credit vel
ꝯcedit conuerſionem aque in ſanguinem:de qua
ſcriptum eſt in ps.lxxvij.e. Et cōuertit in ſangui
nem flumina eorum/⁊ imbres eorū ne biberent.
Et hoc eſt qd ſcriptū eſt/Exo.vij.e. Et conuerſe
ſunt omnes aque q̄ erant in flumine in ſanguinē
⁊c. Et fecerunt ſic incātatores Egipti cū incāta
tionibus ſuis. ¶ Porro ſub velamento veteris
ſacrificij ⁊ ſacerdotis eius: ſatis expreſſe locut⁹
eſt dñs ad Moiſen. Leuiꝫ.xxj.c. de ſacrificio ꝯ,tē=
poris:⁊ de qualitate ſacerdotis ipſius: vbi ait.
Et ſanctificabis eum quia carnez dei tui:ipſe eſt
vel erit ſacrificans. Sanct⁹ erit tibi:qꝛ ſanct⁹ ſuz
ego:ſanctificans vos. ¶ Quaſi hoc idē qꝫ,di=
ctum eſt in libro Tanhuma ſup illud qd ſcriptuz
eſt/Numeri.28.a. Precipe filijs Iſrael: ⁊ dices
ad eos. Sacrificium meum caro mea:hoc eſt ac
ſi dixerit ſcriptura. Iob.xxxvij.g. Sadai.i.ille q̄
ſufficit:non inuenimus eum multe potentie vel
multū potentia. ¶ Et nota ad hoc qd ſcrptū eſt
in Medras Tihillim ſup ps.90.a.vbi diciꝫ. Ha
bitans in latibulo dñs vel altiſſimus: in vmbra
omnipotēs morabiꝫ. Iſtud eſt ac ſi dixiſſet ſcri=
ptura.3.Reg.8.d. Nūquid vere habitat deus ſu=
per terram: Dixit Rabi Iehuda. Quando dixit
deus ſanctus ⁊ benedict⁹ Moiſi. Numeri.28.a.
Precipe filijs Iſrael et dices ad eos. Sacrificiū
meū caro mea ad incendiū meū:vel ꝓpter incē=
dium meū. Dixit Moiſes illud qd ſcriptum eſt/
Iſa.40.d. Et liban⁹ nō erit ſufficiēs ad incēdiū.
Animalia eius nō erunt ſufficientia ad holocau
ſtum. Quis ergo poterit ad ſufficiētiā arietuz ad

ſacrificia: Dixit ei de⁹ ſanct⁹ ꝛ bñdict⁹. Per vitã tuã non ſicut tu opinaris ego requiro ab eis. Nõ quero ab eis niſi vnũ arietẽ. Nota ꝙ iſtud nõ poteſt eſſe verũ iuxta litterã cũ multa alia petierit. ¶ Sciẽdũ aũt ꝙ lehẽ alicubi eſt cib⁹ / alicubi panis: alicubi caro: vñ dicit Rabi Qimhi: in libro Saraſſim. Significatio huius dictionis lehem cõprehendit omne comeſtibile. Aliquotiens autem dicitur de ſolo pane: vt Deutero. viij.b. Qꝛ non in ſolo pane viuit hõ. Et aliquotiẽs cadit ſuper carnẽ ſolam: vt Numeri. xxviij.a. Sacrificium meũ caro mea. ad incendiũ vel ad ignẽ meũ. et ſic Leuit. xxj.e. Carnẽ dei ſui: ipſe ſacrificãs. ꝛ ſic Job. vj.b. Ipſa ſunt ſicut dolores carnis mee. Hec Rabi Qimhi.

¶ Capitulum. xxij. De ſacramento baptiſmi.

¶ Dixit quippe Rabi Leui. Bona vel beata ciuitas: cuius nomen ſicut nomen regis ſui: ſicut ſcriptu₃ eſt Ezechiel'. vltimo. Et nomē ciuitatis ex die illa. Dn̄s ibi. Et nomē regis ſui: ſicut nomē dei ſui. ſicut dictum eſt Hiere.23.b.⁊c. Et hoc eſt nomen qḋ vocabunt ei dominus iuſtus noſter. Hec traditio. ¶ Cu₃ autē ſuperius ſit probatum Meſſiam eſſe nomē dei quatuoꝛ literarū qḋ grece dicitur Tetragramaton. Aliud relatione dignū: ⁊ partim ad probandum Meſſiam vocari ſepedicto nomine dei: hoc eſt quatuoꝛ literarum efficaciſſimum. habetur in Medras Tihillim ſuper ps.20. Uictori vel eternali ps. Dauid. Domine ī virtute tua letabitur rex: ⁊ in ſaluatione tua qua₃ vehementer exultabit. Hoc eſt ac ſi dixerit ſcriptura Iſa.ix.c. Et erit in die illa radix Iiſai: qui erit ſtans ad ſignum populoꝝ. Dixit Rabi Hanina. Non eſt rex Meſſias venturus: niſi ad dandum precepta gentibus. Quemadmodu₃ ſunt ſucca.i.caſula ⁊ Lulab.i.ramus Tetefillim.i.philacteria. Iſrael autem erunt adiſcentes legem a deo ſancto ⁊ benedicto. ſicut dictū ē Iſa.liiij.f. Et omnes filij tui erunt docti a domino. Et quare? Idcirco dictum eſt Iſa.xi. Ad eū gentes ſtudebūt Rabi Hanina. in nomīe Rabi Aha dixit. Quid eſt ꝙ ſtatim ſequitur Iſa.xi.f. Et erit Menuhato.i.requies eius Kabod honoꝛ vl' gloria: Quia ipſe Deus ſanctus ⁊ benedictus erit tribuens regi Meſſie. de gloria vel honore ſuperno. Et hoc eſt. Domine in virtute tua letabitur rex. Alia expoſitio. Domine in virtute tua letabitur rex. Dixit Rabi Nahman. Quis eſt iſte rex glorie? Dominus exercituum ipſe eſt rex glorie. Sela.i.in ſempiternum vel iugiter. Dixerunt vel ſanxerūt magiſtri noſtri. Rex carnis ⁊ ſanguinis nullus induitur coꝛona ipſius. Deus vero ſanctꝰ ⁊ benedictus erit donans eam regi Meſſie. ſicut dictum eſt ps.20.b. Pones capiti eius coꝛona₃: Paz id eſt coꝛonam auream cum lapidibus precioſis. Rex carnis ⁊ ſanguinis nullus induitur purpura eius. Et que eſt? Confeſſio vel auctoꝛitas / vel reuerentia / vel laus: ⁊ decoꝛ. ſicut dictu₃ eſt ps.ciij.a. Confeſſionem et decoꝛem induiſti. Et de rege Meſſia ſcriptum eſt ps.20.c. Magna gloria eius in ſaluatione tua. Laudem vel con

feſſionem/vel auctoritatem/ vel reuerentiam ⁊
decorem pones vel coequabis ſuper eum. Rex
carnis ⁊ ſanguinis. Nullus de ſubditis ſuis vo-
catur Ceſar Auguſtus. Si autem aliquis voca-
tus fuerit nomine ſuo: interficiunt eum: eo ꝙ vo
catus ſit nomine ſuo eius. Deus aūt ſactus ⁊ be-
nedictus vocauit Moiſen nomine. ſicut dictum
eſt Exo. vij. a. Uide dedi te Elohim pharaoni.
Et ſic Iſrael. ſic dictū eſt pſ. 81. g. Ego dixi Elo-
him vos. Et eſt vocās regē Meſſiā nomie ſuo.
Et qḋ ē nomē ei⁹: Iehouah: vel Iod/he/ Uau/
he/nomen eius. ſicut dictū ē Exo. xv. a. Domi-
nus vir pugne. Iod/he/Uau/he/nomen ipſi⁹.
Et de rege Meſſie ſcriptū ē. Hiere. 23. c. Et hoc
nomen ei⁹ quo vocabūt eū/ vel quo appellabunt
eū. Iod/he/ Uau/he/iuſtus noſter. Hieruſalē
quoq; vocata eſt noie ei⁹. ſicut dictū eſt Eze. vlti
mo. g. Et nomen ciuitatis ex die illa dñs ibi. Di-
xit Rabi Leui. Felix ciuitas cuius nomē ſicut no
men regis ei⁹: ⁊ nomē regis ei⁹ ſicut nomē dei ſui.
Hoc ē ac ſi dixerit ſcriptura. Mich. v. b. Et ſtabit
Meſſias. i. ⁊ paſcet in virtute domini: in nobilita
te vel excellentia nominis domini dei ſui. Hucuſ
q; traditio. ¶ Si nullus igitur niſi De⁹ vocatur
nomie dei Tetragramaton id eſt quatuor litera-
rum: qḋ non cōuenit niſi deo: ⁊ Meſſias ab ipſo
deo eſt vocatus hoc nomine: vt poſtea ē. Meſ-
ſiam eē deū: quibus rationū ↄſequentias nõ la-
tent/manifeſtū eſt Deum quippe falſo/vel nõ ſe-
cūdū veritatem vocaſſe/vel eū vocari mandaſſe
hoc nomen nefas eſt etiam ſomniare. ¶ Dicit
enī Thomas de Aquino in libro cōtra gentiles
libro. 4. ca. 7. Ubi ipſe reprobat opiniones Ar-
rianas de filio dei. Et ibi c. 43. dicitur Suſcitabo
germen iuſtum. Et poſtea ſubditur. Et hoc eſt no
men qḋ vocabūt eū dominus iuſtus noſter. Ubi i
hebreo habetur nomē Tetragramaton. Qḋ de
ſolo deo certum eſt dici. Ex quib⁹ apparet ꝙ fili⁹
dei eſt verus De⁹. Hucuſq; Thomas. ¶ Porro
hanc concluſionē quēadmodū ⁊ omnez pene ve
ritatem: Iudaica falſitas nititur irritare: dicēdo
ꝙ non ſolum Meſſias: ſʒ etiaʒ Moiſes/ ⁊ Iſrael
⁊ Hieruſalem: vocātur nomie dei: vt paulo ſupe-
riuſq; Aliud dictū eſt. Nec tamē ob hoc in veri-
tate dicitur/vel creditur ab aliquo ſani capitis
eſſe dij. Quibus reſpondeo qḋ non videntur at-
tendere velle tantū cupiunt fallere. Sed ſicut pa
tet in preallegatoq; nec Moiſes nec Iſrael ſunt
vocati nomine quatuor literarū quo vocatur De
us ⁊ Chriſtus. Et ſub illa forma nunq̄ vel vnq̄ ali
quid: vel aliquis alius: vt patet in ſacra ſcriptura
legentibus. Sed quodam alio nomie qḋ dr̄ Elo-
him: qḋ non ſolum ad Moiſen: ⁊ ceteros Iſraeli-
tas: ſed etiam ad demones ⁊ idola ſepius reperiē
extenſum. De primo. pſ. 95. b Oēs enim dij po-
pulorum demones vel idola. De ſecūdo Gen. 35.
b. Et dixit Iacob domui ſue ⁊ omnibus q̄ erant
cū eo. Auferte deos alienos qui ſunt in medio ve
ſtri. Innumera quoq; his ſimilia inuenies in ve
teri teſtamento. ¶ Ad reliquum vero qḋ dixit

Rabi Iuhuda. videlicet ꝙ Hieruſalem vocatur
ſepe dicto nomie dei quatuor literarū ſicut Meſ-
ſias. Reſpondeo hoc eſſe falſum ſimpliciter. Lon
ge quippe aliter dicitur de Meſſia ꝙ de Hieruſa
lem. Cū enī dicitur de Meſſia: dicit de ipſo cum
Tzar. i. cum adiectiuo nomine qḋ eſt zadiq. i. iu-
ſtus: vt ſupra dictum ē. eo modo ⁊ forma quo di-
citur frequēter in ſcriptura de deo. Sicut in pſ.
cxxviij. Deus iuſtus cecidit vincula impiorum.
Item Treñ. i. c. Iuſtus eſt dominus: q: os ei⁹ a-
maritficaui. Et hic modus loquēdi eſt eius q̄ vult
dare intelligi veritatem ⁊ q̄litatē cuiuſcūq; rei ⁊
quidditatē eius. i. res illa quid ſit. Nomina quip-
pe vt dicit lex Romana debēt eē ↄſona reb⁹. Cū
aūt dicit de Hieruſalem ſuperna non dicitur cū
Tzar. i. cū adiectiuo: ſed cū hoc aduerbio Sam-
ma. i. ibi: qḋ ſignificat locū. Per hoc volens oſtē
dere ac dare intelligi: non quidē ipſam eſſe deū:
ſed deū eſſe in ea. Ac ſic ē nomen conſonum rei.
Taliſq; mod⁹ loquendi atq; vocandi eſt apd̄ il-
los qui filios ſuos vocant: Deus dedit: vel Deus
ſaluet eum: vel Deus nobiſcum: ⁊ cetera multa
huiuſmodi. Nullus autem eſt tam vehementer
inſipiens q̄ cū Tzar. i. cū adiectiuo vocet filium
ſuum: deū iuſtū vel deū ſanctū ⁊ huiuſmodi. Per
pendit q̄ppe ꝙ per hūc modū diceret filiū ſuū eē
deū ꝙ nimis impium eſſet. Cū ergo De⁹ hoc no-
mine Meſſiā vocauerit nomine ſuo qḋ nulli con
uenit niſi deo: ac ſic eū vocanduʒ eſſe decreuerit:
vt probatū ē: deum eſſe Meſſiam/conſequens ē.
Alioquin cum nomina debeāt eſſe conſona atq;
concordare reb⁹: vt predictū eſt: falſo vocaſſet e-
um nomine illo: ⁊ vocari mandaſſet quidem: qḋ
de deo ſentire nephādiſſimū eſt. ¶ Adni aduer-
ſus aūt quidā Rabi ſupradicte euidētiam falſita
tis: ad alia ſe contulit que habētur in libro Baba
Bathra: in pereq. i. diſtinctione q̄ incipit Hāmo
kar. Etha çefira. b. Dixit Rabi Ionatan. tres vo-
cati ſunt nomine dei ſancti ⁊ benedicti: ⁊ hij ſunt
Iuſti: Meſſias ⁊ Hieruſalem. Iuſti ſic dicuntur.
Hoc eſt. Sicut dicitur De⁹ iuſtus ipſi dicūt iuſti
ac ſic vocātur nomine dei. ſicut ſcriptū eſt Hiere.
23. b. Et hoc nomē eius quo vocabūt eū domin⁹
iuſtus noſter. Uel Iod/he/Uau/he/iuſtus nr̄.
Hieruſalēz vocata ē noie dei. ſicut ſcriptū ē Eze.
vlt. g. Et nomē ciuitatis ex die illa: dñs: vl' Iod/
he/Uau/he/Samma. i. ibi. Non legas Sāma.
i. ibi: ſed Semah. i. nomē eius. Ecce iſte Rabi vt
poſſit extinguere lumē diuinitatꝭ Meſſie quō ſacre
ſcipture iubet falſificare ſcipturā vl' lecturā. Tāta
ē aūt hui⁹ ipudētia ſlitatis: ꝙ Iudei ſibi i h̄ renu
ant obedire. ¶ Cūq; iā nō habeāt vlti⁹ q̄ ex ſpā ta
ſtar vulpiū ad cauernā de q̄ expulſi ſūt: fugiūt te
rato: dicētes ꝙ nō ſol⁹ Meſſias vocat ſepedicto
dei noie q̄tuor lraꝝ: ſʒ alia mlta: q̄ tñ pp h̄ nō re-
putāt dij/nec ſūt/neq; dicūt. ¶ De his vo vnuʒ
eſt: vt aiunt. Hieruſalem. de qua iam dictum eſt
¶ Scḋm locus de quo dictum eſt Gen. 22. c. Et
vocauit Abrahā nomen loci: dñs videt. vel do
minus videbit. ¶ Tertium altare qḋ edificauit

Moiſes Exo.17.g. Et edificauit Moiſes altare
et vocauit nomē ei⁹ dñs vel Adonai ſignū meū.
¶ Quartū altare Gedeonis / Judicum. vi. d. Et
edificauit ibi Gedeon altare dño: ꝛ vocauit eum
Adonai pax. ¶ Ex omnibus iſtis nitūtur Judei
aſtruere ꝙ nō ſolus Meſſias vocatus ſit nomine
dei. iiij. literaꝝ. ſ. Jod / he / Uau / he. De quo ſcri
ptum eſt Exo. vj. a. Et locutus eſt Deus ad Moſ
ſe: ꝛ dixit ad eum. Ego Adonai: ꝛ apparui Abra
he / Jſaac / et Jacob in Deo Sadai. i. omnipotē
te: et nomē meū Adonai: vel Jod / he / Uau / he
non notificaui eis. Glo. Ra. Se. Non notificaui
eis in proprietate. ſ. veraci q̄ ineſt mihi. ¶ Si di
ligenter paulo antedictā reſpōſionem cōſideres
per illam potes habere ſufficiens ad iſta vniuer
ſa reſponſum. Glorioſius tñ ac melius reputabi
tur: ſi quaſi proprio eorū pugione de ipſorū ma=
nibus violenter erepto: falſitatis ſue nequitias
valeas iugulare. ¶ Arripe igitur contra primū
id qḋ a Rabi Selomo ſup finē Ezechielꝫ ꝓphete
taliter ſcriptum eſt. Et nomē ciuitatis ex die illa
Adonai Samma: dñs ibi. Glo. Ra. Se. Tranſ=
tulit hic Jonatan / ꝛ ait. Et nomen ciuitatis ex=
ponēt a die quo poſuit vel deſcendere fecit dñs
Sekinatek. i. diuinitatē ſuā ibi. Dicit rabi Selo
mo: quaſi dicat. Non vocabꝫ vel non dicetꝫ ei no=
men niſi nomen primū qḋ fuit ei ex die quo liga=
uit Abraham / Jſaac / filium ſuum: nomē quo vo
cauit eam. Jre. i. videbit. Et ipſa vocatur Salē
Ecce Hieruſalē nō eſt vocata / nec vocabitꝫ vnꝙ̄
noīe dei quatuor literarū. ¶ Ad idē quoqꝫ facit
qḋ legitꝫ in Medras Tibillim ſup pa. lxxv. a. Et
fuit in Salem tabernaculū eius. Ln eo inueniēs
ꝙ domus ſanctuarij vocata eſt Salē: ſicut dictū
eſt Geñ. xiiij. f. Melqicedeq rex Salem: ꝛ ipſe eſt
Sem filius Noe: ſicut dictum eſt Geneſis. xiiij.
f. Et ipſe ſacerdos deo altiſſimo. Et rurſum ſcri=
ptum eſt Geneſis nono. d. Dilatet Deus Jafet
et habitet in tabernaculis Sem. Habitauit eniꝫ
deus. ſ. ī tabernaculo eius in quo miniſtrabat ei.
Ecce hic eſt Sem. Abrahā vero vocauit domū
ſanctuarij Jre. i. videt vel videbit. Quid eſt dñs
videat: Dixit Abrahāꝫ. Dñe ſeculi. Sit dies iſte
memorabilis corā te. Habeo eni ꝙ poſſem tibi
reſpondere / videlicet. Heri vel nuper dixiſti mi=
hi. Geñ. 21. c. Qꝛ in Jſaac vocabitꝫ tibi Semen
Et nūc tu es dicēs. Geñ. xxij. a. Accipe q̄ſo filiū
tuū. Cū ergo venerint filij mei ad iſtam ſenten=
tiam vel ad mōtem iſtū recordare eis diem iſtā:
et leua eis faciem. Dixit deus ſanct⁹ ꝛ benedict⁹
Quō ḡ ero vocās ipſum locū. ſ. Hieruſalē. Si vo
cauero eū ſicut ille qui dixit Salem: ego ero caſ
ſans nomen iuſti. Et ſi vocauero ipſum Jre. Ero
caſſans verba Abrahe amici mei. q̄ vocauit ip=
ſum Jre. i. videat. Quid egit ergo Deus ſcꝫ ꝛ be=
nedictus. Miſcuit ea: quibus ambo vocauerunt
locū illū: et vocauit ipſum Hieruſalem. Huc vſ=
qꝫ Medras. Et per ipſam pōt reſponderi ad ob=
iecta / primo atqꝫ ſecundo. ¶ Specialiter au=
tem pōt ad ſecūdū haberi reſponſio ꝑ Targum
id eſt per tranſlationem Caldaicam que ſic ait
ſuper illud. Et vocauit Abraham nomen illius
loci: dominus videat. Jnterpretatus eſt hoc An
qaloṡ / dicens. Et coluit atqꝫ orauit Abrahā ibi
in loco illo / ꝛ ait coram domino. Hic erūt colen=
tes vel futentes generationes. Ecce habes ſcḋꝫ
iſtā Targum ꝙ Abrahā nequaꝙ̄ vocauit nomē
loci illius nomine dñi. ¶ Ad tertiū igitꝫ reſpōdē
dū: primo ꝑ Targum illi⁹. Exo. 17. g. Et edifica
uit Moiſes altare: ꝛ vocauit nomē eius domin⁹
ſignum meum: idem in Targum. Et edificauit
Moiſes ſeruiuit vel coluit ſuper illud coram do
mino: qui fecit ei ſigna. ¶ Ad hoc idem indu=
catur qḋ in libro Mekilta taliter ſcriptum eſt.
Et edificauit moiſes altare: et vocauit nomē ei⁹
dñs ſignū meū. Dixit Rabi Eleazar / Hamaqom
id loc⁹ ē de⁹ vocauit illū Niſi. i. ſignū meū. ¶ No
ta ꝙ nihil eſt efficati⁹ q̄ꝫ hoc quod dicit iſte Ra=
bi apud eos ad cōfutandū eos q̄ ꝑdicta altaria ꝛ
alia q̄ dicta ſunt / volunt in predicto dei noīe qḋ
eſt ſup oē aliud ei⁹ nomē inuoluere cum Meſſia. ꝛ
ſi ſit q̄ intelligat modus quo iſte Rabi ꝑūctat li=
teram hanc: pōt eſſe ad alia vniuerſa reſponſio.
¶ Ueruntamen ad quartū pōt adhuc reſponderi
per Targum: ſup illud qḋ iam dictū eſt de libro
Judicū. vj. d. Et edificauit ibi Gedeō altare dño:
et vocauit illud / dñs Salom. i. pacē. Jdē in Tar
gum. Et edificauit Gedeon ibi altare domio et
ſeruiuit ſup eo. i. ſacrificauit coraꝫ domino q̄ fe=
cit ei pacē. ¶ Jteꝫ in prologo expoſitionis Eka
Rabeti. i. planctus. Hiere. Dixit Rabi Haia. Jl=
licitū ē hoī īterrogare ꝓximū vꝉ amicū ſuū. ī loco
īmundo. i. quando ꝑſoluit q̄ natura requirit: non
eſt tunc ſalutādus nec reqred⁹ quō eſt ſibi: ꝛ vtrū
habeat pacem. Et vnde probatio. Ex eo ꝙ ſcri=
ptum eſt Jud. vj. e. Et edificauit ibi Gedeon alta
re dño: ꝛ vocauit illud dñs Salom. i. pacem. Si
altare ꝙ neqꝫ comedit / neqꝫ bibit / neqꝫ odorat
neqꝫ loquitꝫ: neqꝫ fuit edificatū niſi ad ꝓpiciā=
dū Jſraeli: vocatum eſt Salom. i. pax. q̄to ma=
gis ille q̄ diligit pacem et ꝑmittit pacē inter Jſ=
rael et patrē eorum q̄ eſt in celis. ¶ Legitꝫ enim
in ꝓhemio Eka Rabeti. i. planctus Hiere. Ra=
bi Joce. Galileus dicit. Etiā nomē Meſſie vo=
catum eſt Salom. i. pax: ſicut dictū eſt Jſa. 9. pa
ter eternus vel eternitatis / princeps / pax. Si ſit
qui hec q̄ dicta ſunt diligēter ac prudenter ꝯſide
ret: nulla iam reſtat Judeis ſupradicte nr̄e impu
gnatio veritatis: nec ſue vlterius latibulū falſita
tis. ¶ Adhuc nihilominus mōſtrabitꝫ efficaciter
ꝙ Meſſias vere ſit deus. ex eo qḋ ſcriptū eſt Jſa.
28. b. Jn die illo erit dñs exercituū ad diadema
gaudij vel honoris vel decoris: ꝛ ad ſertū orna=
tus vel exultationis reſiduo populi ſui. Tranſtu
lit vel interpretatus eſt hoc Jonatas fili⁹ Ozi=
el ſic. Jn tempore illo erit Meſſias dñi exercitu
um ad diadema gaudij / ꝛ ad ſertuꝫ exultationis
vel laudis reſiduo populi ſui. ¶ Attende lector
et diligenter ꝯſidera / ꝙ vbi Jſaias poſuit Jod /
he / Uau / he. Hoc eſt nomē dei / iſtarū quatuor

literaꝝ: qđ a Grecis dr̄ Tetragrāmatō. Et loco cuius Judei ſub tribus ſillabis dicūt Adonai: poſuit interp̄s iſte: cum hoc de Hebraico in Caldaicum iam ante aduētum dn̄i noſtri Jeſu Chriſti tranſtulit. Meſſiah. i. Meſſiā. Q̄te aūt ſanctitatis / q̄teqȝ auctoritatis ſit ipſe ⁊ tranſlatio ſua apud Judeos. inuenies in prima parte hui⁹ libri capitulo. xij. h. Deniqȝ Hillel: vbi de Hillel doctore ſuo mentio facta eſt. Quī igit̄ vbi ꝓpheta poſuit in premiſſa auctoritate deū interpres iſte cui nephas eſt apud eos cōtradicere. poſuit Meſſiā euidenter oſtendit. apud eū ⁊ apud Hillel magiſtrū ſuum: nec nō et apud oēs alios illius tēporis: Meſſiā eſſe deū. Nō eſt enim veriſimile ꝙ talem tranſlationē aliās aliquatenus admiſiſſent. ¶ Hinc reducendū eſt quicq̄d premiſſum eſt ī rationis ordinē atqȝ dicendū. Cū glorioſius nomē dei de cūctis nominib⁹: videlicet: Johouah: vel Jod / He / Vau / He. vel nomen quatuor literarū qđ pro ſui dignitate nullus preſumit Jude⁹ ſuis antedictis quatuor literis noīare. Sed dicūt loco ipſi⁹ Adonai: vt ſupra dictū eſt. Si iſtō inq̄ tā glorioſum nomen ſoli deo ꝯuenit tanq̄ ſibi ꝓprium et vnicū: ita ꝙ in ſignificatione ipſius creature nulla ꝑticipat neqȝ cōicat creatori: vt a Rabi Moſſe / Ben / Maimō: infra dicet̄. Et iſtud idē nomen eſt nomē Meſſie: vt teſte Hieremia ī premiſſis verbis a deo dictū eſt / Meſſiā eſſe verum deū apđ oēs illos qui rerum ꝯſequētiā nouerint manifeſtum eſt. ¶ Itē in Bereſſit / Meçara. i. in expoſitione abbreuiata ſuper Geñ. Non recedet ſceptrum de Juda: ⁊ legiſlator de medio pedis eius. Hi ſunt ſedētes Jabeç: docētes Halakoth. id eſt ſententias in çanhedrin magna / q̄ eſt ſedēs in Liſcath Hagaçith. i. in camera vel ꝯſiſtorio dolato ī parte Jude / De q̄bus dictū eſt ꝑmo paralip̄. ij. g. Et familie ſcribarum ſedētes Jabeç. ⁊c. Donec veniat Silo. Q̄r future ſunt gētes ſeculi: vt deferāt munus Meſſie vel Chriſto filio Dauid: ſicut dictum eſt Iſa. 18. f. in tempore illo deferet̄ munus domino exercituum. Huc vſqȝ Bereſſit. ¶ Iſaias. viij. d. Dn̄s exercituū ipſū ſanctificate. Et ipſe pauor veſter. ⁊ ipſe terror veſter. Et erit ad ſanctificationē vel ꝑparationem et ad lapidē offenſionis ⁊ ad petram ruine duabus domibus Iſrael: in laqueum ⁊ illaqueamentum habitatori Hieruſalē. Et offendēt in eis multi: ⁊ cadent et conterentur ⁊ illaqueabūtur et capiētur. Liga teſtificationē: ſigilla legē ī doctis meis: et expectabo dn̄m occultantē faciē ſuam a domo vel familia Jacob: ⁊ ſperabo in eū. ¶ In maçechta çanhedrin in ꝑereq: ahad: dine: memonoth. c. Filij Rabi Haia erant ſedentes corā Rabi ī cōuiuio ⁊ nihil dicebāt ei. Dixit ergo quibuſdam: fortificate vinū iſtis: ⁊ ſic loquētur. Q̄ cū factū fuiſſet dixerunt. Nō veniet filius Dauid id eſt Meſſias: donec finiāt̄ vel deleātur due domus patrum de Iſrael. Et iſte ſunt caput captiuitatis Babilonis: et Nazi. i. princeps qui eſt de terra Iſrael: ſicut dictum eſt. Et erit ad ſanctificationē ⁊ ad lapidē offenſionis ⁊ ad petram vel rupē ruine: duabus domib⁹ Iſrael. ⁊c. Dixit Rabinus. ſ. qui fecerat vinum dari pueris vt ſecreta patris ſui atqȝ myſteria reuelarent. Filioli: ſpine eſtis vos mihi in oculis meis. Huc vſqȝ predicta traditio. ¶ Notādum aūt ꝙ. v. tam nobis ꝙ Judeis ī ea vtiliter valde / ꝯſiderari poſſunt. Primū: ꝙ premiſſa Iſaie verba. ſ. dn̄m exercituum ipſum ſanctificate. De Meſſia. i. de Chriſto quē Judei ac ſcripture ipſorum filium Dauid vocant itelligēda ſunt. Et ſimiliter Rabi Selomo: hoc in loco ponit ſaluator Iſrael. Habet̄ enim infra capitulo. xij. ꝙ Meſſias eſt ſaluator Iſrael. Secundū: qđ factū Meſſie erat apud antiquos patres myſteriū atqȝ ſecretū maximum. Qđ tanq̄ theſaurū hereditarium quilibet filijs ſuis celandū cuſtodiēdūqȝ tradebat: vt patet in predictis iuuenib⁹ a quib⁹ extorqueri nō potuit: donec in eis regnauit ebrietas. Tertiū / Meſſiā eſſe deū et dn̄m exercituum apud eos q̄ rerū verborūqȝ cōſequētiam nō ignorāt. ¶ Quartū / Meſſiā futurum fuiſſe Judeis ſuis exigētib⁹ culpis: lapidē offenſionis ⁊ rupē deſtructionis. Quītum: ꝙ xp̄i cognitio non erat dāda Judeis īcredulis. ¶ Licet aūt predictis rationib⁹ ſatis ꝓbatū ſit Meſſiā eſſe nomē dn̄i. 4. literarū. Adhuc tn̄ videret̄ ſceleꝝ arguēd⁹: ſi quādā aliā rōnē legētib⁹ dimitterē occultatā. Eſt enī ita fortis ⁊ valida vt oēm vulpeculā exterminet Judaicā ⁊ reddat attonitam. ¶ In quā ꝑmittēdū eſt id qđ a Rabi Moſſe: ben: Maimon: in libro directiōis perplexoꝝ quē ipſi vocāt more hanebokim. i. vj. ꝑme partis capitulo: taliter dictū eſt. Oīa noīa creatoris inuēta in libris omnibus deriuata ſunt ab operibus. et h̄ minime latet preter vnum nomē qđ ē Jod / He / Vau: He. et eſt nomē appropriatū creatori altiſſimo. et propter hoc vocat̄ Sem hāmeforas. i. nomen expoſitum. Hoc eſt dicere ꝙ ipſum eſt ſignificans vel oſtendēs ſubſtantiā creatoris et quidditatē eius: oſtēſiōe vel ſignificatione ꝑfecta et manifeſta. In q̄ nō eſt equocatio neqȝ mixtura. i. nihil eſt quod Deo cōmunicet ſiue participet in hoc noīe. Reliqua vero nomina ipſius glorioſa ſignificant equiuoce et cū mixtura: eo ꝙ ſunt deriuata ab operibus ſimilib⁹ eis que reperiuntur in nobis: ita ꝙ etiam nomen qđ dicitur loco Jod: He: Vau: He. i. loco nominis q̄tuor literarū qđ eſt Adonai. i. dn̄s. deriuatū ē ab hoc verbo adon qđ eſt dn̄or: et iam dict⁹ eſt angelus Adonai: ſicut dictum eſt Geñ. xviij. a. Adonai ſi queſo inueni gratiam in oculis tuis. ⁊c. Manifeſtaui aūt tibi hoc in iſto verbo Adonai: quo pronominatur nomen creatoris: q̄r eſt magis appropriatū ſibi. i. deo altiſſimo oībus alijs nominib⁹ notificantibus creatorē. Cetera vero nomina ſicut Daian. i. Judex: ⁊ çadiq. i. iuſtus et Hanni. i. gratioſus vel pius: atqȝ miſericors. manifeſtum eſt vel notū ꝙ ſunt cōmunia vel deriuatiua. Nomen aūt qđ ſcribunt cū Jod: He: Vau: He. neſcit̄ ſibi deriuatio nota: nec ꝑticipat in eo cū alio. Et

non eſt dubium:qꝛ hoc nomē glorioſum qḋ non
ꝓfertur/neqꝫ pronūciatur/neqꝫ dicebatur niſi ī
ſanctuario ſicut noſti a ſacerdotib⁹ dn̄i ſanctifi=
catis:ꝛ ſolum in benedictione ſacerdotū. Et tūc
etiam a ſacerdote magno ꝛ in die ieiunij:glorio=
ſe ſanctificatiōis eſt. In quo nō eſt cōicatio neqꝫ
participatio inter creatorē et aliquē aliū. ꝛc. Et
breuiter dico ꝙ celſitudo ꝛ excellentia iſtius no=
minis/ideo reputatur tanta ꝛ cauet ne loquatur
aliquis per ipſum cautela magna ꝛ terribili: qꝛ
ſignificat ſubſtantiā eſſentiāqꝫ creatoris. Ita ꝙ
nō cōicat cū eo aliqua creaturarū in ſignificatio
ne illa: ſicut dixerunt magiſtri noſtri in perſona
ſcꝫ dei. Nomē meū vnicū vel appropriatum mi
hi. Reliqua vero noīa oīa ſignificant qualitates
ꝛc. Cūqꝫ multiplicata fuerunt huiuſcemodi noīa
creatoris ab eius operibus deriuata:tranſire fe=
cerunt ſup cor aliquorū filiorū Adā:qḋ ipe habet
multas qualitates ſcḋꝫ multitudinē operū a qui=
bus illa nomina deriuant. Et propter hoc ꝓmi=
ſit dare hominibus intellectū: ꝗ remoueret ab
eis huiuſcemodi errorē. Et dixit zach.14.c. In
die illa erit dn̄s vn⁹ et nomen eius vnū. Uult di=
cere ꝙ ſicut ipſe deus eſt vn⁹ ſic vocabit tūc no=
mine vno tm̄:qḋ ſignificat ſubſtantiā ei⁹ vel eſſē
tiam tm̄:abſqꝫ deriuatione ab aliqua actiōe. Di=
ctum eſt aūt in Paraguim.i.diſtinctiōibus Rabi
Eliezer. Cū adhuc nō erat creatus mundus:erat
Deus ſanct⁹ et benedict⁹ ꝛ nomē eius tm̄. Ani=
maduerte quō euidenter oſtēdit ꝙ omīa iſta dei
noīa deriuata/nouiter ſunt inuenta poſt creatio
nē mūdi. Et hoc certū eſt ꝙ oīa denoīant ab ali
quibus operibus inuētis in mundo. Sed cum tu
animaduertes dei eſſentiam ab omni operatio=
ne expoliatam:nullatenus erit ei nomen deriua
tum. ſed vnū tantū modo nomen ſtatutum ad
ſignificandū eſſentiā eius. Nullum aūt nomē eſt
apḋ nos qḋ nō ſit deriuatū:pter יהוה Iod/He:
Uau:He:qḋ eſt Sem hāmeforas i.nomen expo
ſitū abſolute. Nec aliud credas ꝙ̄ iſtud: neqꝫ trā
ſeant per cor tuum vanitates ſcribentiū breuia:
et ea q̄ forte audiſti ab eis vel inueniſti in libris
eorū vaniſſimis delirantium qui nomina quedā
cōpoſuerūt:nihil oīno ſignificantia. Uocātqꝫ il=
la nomina:ꝛ dicunt ꝙ multa ſanctitas atqꝫ mū=
dicia eſt neceſſaria ad hoc vt habeant effectū. Et
ꝙ poſſibile eſt homini miracula facere cum eis.
Non cōuenit aūt homini prudenti audire huiuſ=
cemodi vanitates ꝛ inſanias:nedū credere. Nec
eſt aliquod aliud nomen qḋ vocet Sem hāmefo
ras niſi hoc nomen glorioſum filius quatuor li=
terarum. qḋ nō legitur cū literis ſuis. Manifeſte
aūt et cū expoſitione dixerunt in libro qui dicit
Cifre. Numeri.v.g. Sic benedicetis filijs Iſra=
el: Sic in lígua iſta. Sic. Cuꝫ Sem hāmeforas.
Dicebat aūt in ſanctuario ſicut ſcriptū eſt. In ci
uitate vero ſcḋm ꝙ pronūciatur. Hoc eſt:pro eo
dicebatur Adonai. Dictum eſt quoqꝫ ī Talmud
Sic benedicetis:cū Sem hāmeforas. vel cū ꝓ=
nūciatione eius. Docet quid ſit dicēdū:qḋ ait. Et
ponite vel nominate nomen meū vnicū.ſ.mihi.
Ecce expoſitū eſt tibi:ꝙ Sem hāmeforas: ē iſtḋ
nomen quatuor literarū. Et ꝙ ipſum ſoluꝫ ſigni=
ficat ꝛ oſtendit eſſentiā creatoris: abſqꝫ mixtura
et ſignificatione altera. Et ideo dixerūt magiſtri
ſcꝫ/nomen meū vnicum mihi. Hec Rabi Moi.
¶ Perfecte ſuperi⁹ eſt probatum Meſſiam eſſe
dei nomen tetragramaton:ac ſic eſt oſtēſum ve=
rum eſſe de ipſo:qḋ dicit apl's ad Philip.ij.b. De
us indꝫ illū exaltauit et donauit illi nomē qḋ ē ſu
per omne nomen. Tn̄ adhuc quedā ſunt dicenda
relatione digniſſima: ꝙ Meſſias eſt deus:qḋ to=
tum optime nobis oſtendit iterū:vbi de Meſſia
ꝑ Micheā prophetā.v.b.hoc modo dicit. Et tu
Betlehē Effrata: paruus ad eſſendū in milibus
Iuda. Ex te mihi egredietur ad eſſendum:domi
nator in Iſrael. Et egreſſus vel egreſſiones eius
ante dies ſeculi. Ex te mihi. ꝛc. Interpretatus ē
Ionatas. Ex te corā me vel ex pte mea/egredie
tur Meſſias. ¶ Nota ꝙ ſicut egreſſus Meſſie de
Betlehē oſtendit nobis eius humanitatem. Sic
egreſſus ipſius ante dies ſeculi innuit nobis ſuā
diuinitatē. Ante dies eteni ſeculi.i. ante tp̄s ni=
hil erat vnde Meſſias poſſet egredi niſi Deus.
Item nota ꝙ egreſſus in plurali numero eſt hoc
loco in Hebraico cū dicit. Et egreſſus eius ante
dies ſeculi. Per qḋ datur forſan intelligi: ꝙ Xp̄s
ſiue Meſſias non ſemel egreſſus eſt et egredi de
ſijt. Sed eſt egreſſus eius a patre eternus ꝛ inter
ruptus ſcḋm diuinitatē. ¶ Hāc rurſuꝫ auctorita
tem.ſ. Et tu Bethleē.ꝛc. Michee.v.b. Rabi Se=
lomo exponens ait. Et tu Betlehē Effrata de q̄
egreſſus eſt Dauid:ſicut dictū eſt.1.Reg.17.g. Fi
lius ſum ſerui tui Iſai Betlehemitis. Betlehem
quoqꝫ vocata eſt Effrat. ſicut dictum eſt Gen.
48.d. In via Effrath. ipſa eſt Betlehem. Par=
uus ad eſſendū in milibus Iuda. hoc eſt. Dignū
erat vt eſſes paruus in milibus Iuda ꝓpter ſte=
riliculū Rut Moabitidis qḋ fuit in te. Ex te mi=
hi egredietur Meſſias filius Dauid. Et ita eſt ip
ſe dicēs. p̄s.cxvij. Lapidē reprobauerunt edifi=
cantes:fuit in capite anguli.ꝛc. Sicqꝫ tranſtulit
Ionatas. Ex te ex pte mea egrediet Meſſias:ꝛ
egreſſus eius ante dies ſeculi: ſicut dictū eſt. p̄s.
71. Ante ſolem Innon.i.filiatus/nomē eius. Et
ſic tranſtulit Ionatas. Et nomen eius dictuꝫ eſt Psal. 71.
ante dies ſeculi. Sequit. Propter hoc dabit eos
vſqꝫ in tempus quo ꝑturiēs parturit. Rabini no=
ſtri dixerunt hinc haberi filiuꝫ Dauid.i. Meſſiā
non fuiſſe euēturū donec regnū neq̄.i. Romanū
imperaſſet ſup totum mundū nouē mēſib⁹. Scri
ptura vero hec myſtica eſt. Hec Ra. Se. Et nota
ꝙ iſte Rabi ſatis bene et fideliter expoſuit hec
verba de Chriſto: qḋ rariſſime facit: excepto ꝙ
hoc qḋ ibi dictū eſt de Chriſto. Et egreſſus eius
ante dies ſeculi:vult ipſe intelligi de noīe Chri=
ſti tm̄. vbi ipſe dicit ſupra. Et nomen ei⁹ dictum
eſt ante dies ſeculi. Nos vero nullatenus receda
mus a veritate textus:ne recutiamus id qḋ dicit
de nomine: videlicet/Innon:qḋ ante ſolem fuit

nomen Meſſie: qḋ eſt filiatus latine. perinde eſt
ꝙ iſte probat. ſ. nomen Meſſie Innon. i. filiatum
fuiſſe ante ſolem: et ante dies ſeculi. ꝙ ante dies
ſeculi Meſſiã fuiſſe filiũ dei. ¶ Porro ꝙ ſm ali-
os hoc nomen Meſſie qḋ eſt Innon. interpreta
tur / filiabit latine. Qꝛ ipſe filiatur⁹ eſt oẽs moꝛ-
tuos de puluere terre: vt infra diceť. Plurimum
valde facit ꝓ hoc qḋ hic intendimus. Si eñ Meſ
ſias ſeu Chꝛiſtus dei filius verus deus non eſſet
quõ de puluere terre poſſet om̃s moꝛtuos filiare
id eſt reſuſcitare. Hec eni ſibi / niſi De⁹ eſſet / attri
buere: nihil aliud eſſet q̃ꝫ precipitate mẽtis inſa-
nia. ¶ Quare aũt Meſſias Innon. i. filiabit an
te ſolẽ. vocatus ſit. habetur in Medras Tihili
ſup p̃s. 92. vbi dicitur. Paratus thꝛonus tuus ex
tunc a ſeculo tu es. Rex Meſſias eſt vnum de ſe-
ptẽ rebus q̃ aſcenderunt ſup ꝓpoſito ante crea-
tionẽ ſeculi: ſicut dictum eſt in p̃s. lxxj. Ante ſo-
lem Innon fuit nomen eius: qꝛ futurum eſt vt ip
ſe Iannin. i. filiet. i. naſci faciat oẽs doꝛmientes
pulueris. i. in puluere. ¶ Itẽ legitur Iſa. ix. Pu-
er vel infans natus eſt nobis: fili⁹ dat⁹ eſt nobis.
Et erit p̃ncipatus ſup humerum eius. ⁊ vocabiť
nomẽ eius / admirabilis / cõſiliarius / deus foꝛtꝭ:
pr̃ ſempitn⁹: vel pr̃ ſempitnitatis: p̃nceps pax vľ
p̃nceps pacis: ad multiplicãdũ p̃ncipatũ: ⁊ pacis
non erit finis. Quapꝛopter pꝛobať Meſſiam eſſe
deũ. Iudei vero moderni male legẽdo ⁊ falſo pũ
ctando ſupꝛa vbi dicitur. Et vocabitur nomẽ ei⁹
legũt / Et vocabit nomẽ ei⁹. ¶ Notandum autẽ
ꝙ apud Hebꝛeos ⁊ Arabes quẽadmodũ in vul-
gari noſtro: nõ eſt diuerſitas caſuum. Et hinc eſt
ꝙ Rabi Selomo quẽ alij Iudei nr̃i tẽpoꝛis oẽs
ſequũtur. quaten⁹ fidei nr̃e hui⁹ auctoꝛitatis te-
ſtimoniũ ſubtrahatur: exponit predicta de rege
Ezechia ſic. Vaiqra ſemo: ⁊ vocauit nomẽ ei⁹. ſ.
Ezechie / deus ſanctus ⁊ benedict⁹: qui eſt mira-
bilis cõſiliarius. el. i. Deus foꝛtis: pater eternus.
Vocauit inq̃ꝫ nomen Ezech̃. pꝛincipẽ pacem vel
pꝛincipẽ pacis. Sicqꝫ addẽdo ex pꝛopꝛijs ⁊ no-
mina hec: ab inuicẽ ſeparando / facit pꝛima ſex no
mina nominatiui caſus. deo attribuendo: ⁊ duo
vltima accuſatiui Ezechie imponendo. ¶ Nos
vero nihil addẽtes / nihilqꝫ ibi reuoluẽtes. infan
tem iſtum natum ⁊ filiũ datũ / dicim⁹ eſſe Meſſiã
Quẽ quidẽ ſp̃us ille ſanctus de quo dicit Dauid
2. Reg. 23. a. Spiritus dei locutus eſt in me: ⁊ ſer
mo vel dictio eius ꝑ linguam meã. Vocauit per
Iſaiam nomẽ eius. h̃ eſt Meſſie: mirabilẽ: cõſili-
arium deũ. ⁊c. Hoc aũt optime fulciť ⁊ fraudulẽ-
tia predicte vulpecule vehemẽter excluditur: per
id qḋ habeť ſuperius. §. Legitur eñ. vbi ꝓbať i ex
poſitione Eka Rabeti. i. ſup expoſitionẽ planct⁹
Hiere. ꝙ deus vocatur pax: vbi taliter ſcriptum
eſt. Rabi Ioce Galileus dicit. Etiã nomẽ Meſſie
vocatum eſt Salom. i. pax. ſicut dictũ eſt Iſa. 9.
c. Abaad pater etern⁹ vel pater eternitatis. ſar
ſalom: pꝛinceps pax. ¶ Adhuc in Bereſſit Ra-
ba hoc modo ſcriptum eſt. Et dixit Pharao ad
Ioſeph. ⁊c. Poſtea ſubditur Soph̃. iij. c. Qꝛ tũc
vertam ad populos labium electum / vel politũ
vel limatũ / vel mundatũ ad inuocandũ oẽs no
men dñi: vel in noĩe dñi: ⁊ ad colendũ eũ hume-
ro vno. ⁊c. Non eſt autem nomẽ dñi dictũ dicũt
ſi rex Meſſias: ſicut dictũ eſt Iſa. 30. c. Ecce no-
men dñi veniẽs de lõge. ⁊c. Et cur dictum eſt ſu-
pꝛa. ſ. et colẽt eum vel ſeruiẽt ei humero vno. Id
circo qꝛ erit pꝛincipatum ſup humerũ eius. Huc
vſqꝫ traditio. Per iſtã traditionẽ oſtẽditur dicta
verba Iſa. dicta eſſe de Meſſia. Idẽ facit quoqꝫ
targum. i. tranſlatio caldaida que predicta Iſa.
verba trãſferendo ⁊ exponendo dicit. Dixit ꝓ-
pheta domui Dauid. Qꝛ infans natus eſt nobis:
filius datus eſt nobis. Et recipiet ſup ſe legẽ ad
ſeruandũ ea. Et vocabitur nomen eius Minqo-
dem. i. ex pꝛte vel de ante mirabilis cõſilio: deus
foꝛtis pſtans vel pmanens in ſeculo ſeculoꝝ
Meſſias in cui⁹ diebus pax multiplicabiť ſuper
nos. Huc vſqꝫ targum. Si aũt querant eo ꝙ di-
ctum eſt. Et vocabitur nomẽ eius ex parte mira
bilis. ⁊c. Ex parte cuius vocareť nomẽ Meſſie.
Reſpondeať vt iam dictum eſt: ꝙ ex parte ſpiri-
tuſſancti: qui per iſtum pꝛophetã ⁊ per alios lo-
cutus eſt. Vel de ante. i. anteq̃ꝫ naſcereť. Iuxta
illud p̃s. Ante ſolẽ Innon nomẽ eius. ¶ Preter
ea non eſt pretermittẽdũ ꝙ pꝛopheta poſuit iſtã
literã. mem: in predicta auctoꝛitate Iſaie clauſã
ĩ medio dictiõis ꝯtra naturã Hebꝛaicarũ ſcriptu
rarũ: vbi dicit לםרבה המשרה Lemarbeh
hamiſſera. i. ad multiplicãdũ p̃ncipatũ. Igiť cũ
ꝓph̃a poſitis antedictis. 8. Meſſie noĩb⁹ q̃ ſunt /
Admirabilis / conſiliarius / deus foꝛtis. ⁊c. In fi
ne omniũ poſuit in medio dictionis / mem / lite-
ram clauſam cõtra naturã ſcribẽdi. manifeſtũ eſt
ipſum ꝑ h̃ a prudẽtib⁹ voluiſſe intelligi ⁊ occultũ
ab impijs fieri: ꝙ verbũ dei Chꝛiſtus ſiue Meſſi
as infans nobis natus et filius datus: naſciturus
erat de virgine clauſa: cõtra moꝛẽ ⁊ naturam na
ſcendi. ¶ Itaqꝫ in libꝛo Sabat in Pereq Habo
ne. c. taliter ſcriptũ eſt. Mem: litera clauſa. ver-
bum clauſuꝫ / vel rem clauſam inſinuat. ¶ Poꝛ-
ro per hoc ꝙ / Mem / huiuſcemodi clauſa apud
Iudeos / in numero / ſexcẽtos ſignificat. Procul
dubio monſtrat ꝙ a tẽpoꝛe iſtius pꝛophetie vſqꝫ
ad natiuitatẽ Meſſie: ſexcenti eſſent anni. qḋ rei
poſtmodũ pꝛobauit euentus. ¶ Hec quidẽ pꝛo-
phetia. ſcilꝫ infans natus eſt nobis. ⁊c. Iſa. ix. c.
egreſſa eſt ex oꝛe Iſaie. Eodeꝫ vtiqꝫ tẽpoꝛe quo
dixit. Ecce alma ꝯcipiet. Iſa. vij. c. Satis quip-
pe ſunt ambe in vno eodẽqꝫ ſenſu vel cõtextu. ſ.
anno. 4. Achaꝫ. ſicut oſtendit Rabi Selomo ſu-
per Iſa. hoc mõ. Ecce Alma vxoꝛ mea. ſ. vxoꝛ
Iſaie concipiet hoc anno. Et erat annus quart⁹
Achaꝫ. ⁊c. Cũ predict⁹ Rabi vt ꝯſuetudo ei⁹ eſt
fraudulenter exponat: tp̃s tñ bene ponit. et hoc
colligitur ex. xv. quarti Reg. ¶ Qualiť fuerũt an
ni dicti ab egreſſu ꝓphetie ex oꝛe Iſaie vſqꝫ ad
natiuitatẽ: ſic ꝙ aliquis Iudeoꝝ nõ poterit am
plius cõuenienter reſiſtere: patebit infra. Achaꝫ
igitur regnauit. xvj. annis. vt habetur. iiij. Regũ

xv.a. Ezechia.29.annis.iiij.Reg.16.a. Manaſſes.55.annis.Ex.18.a. Amon.11.annis.Ex. 21. a. Joſia.31.anno.Ex.21. e. Joathaz trib⁹ mēſib⁹.Ex.22.a. Joaqim.xj. ānis.Ex.23.e. Joachi tribus menſibus.Ex.xxiij.g. Sedechia.xj.ānis Ex.iiij.Reg.xxiiij.e. Sūma.151.anni ⁊ dimidi⁹ A quarto itaqꝫ āno Achaz excluſiue vſqꝫ ad.xj. Sedechie incluſiue:regnauerūt reges Judeorū clj. et dimidio. Deinde ab.xj. anno Sedechie q̄ fuit.xix.annus Nabuchodoſoꝛ:vt habet ex vltimo Hiere.capitulo circa pncipiū. Regnauit Nabuchodonoſoꝛ.xxvj.annis. Fili⁹ vero eius Euilmerodach.xxiij.ānis:vtſ.capitulo.iij.pme partis.§. Judei vero.oſtenſum eſt. Balthaſar aūt tribus annis. Darius duobus annis. Cirus.30.annis. Aſſuerus.14.annis. Dari⁹ in ſexto anno regni ſui cōſumauit tēplum:qḋ poſtea durauit quadringētis annis ⁊.xx. Hij additi ſupradictis.clj. atqꝫ dimidio.qbus a quarto anno Achaz vt predictum eſt:regnauerūt reges Judeorū. Et.ciiij. annis quibus poſt Sedechiam regnauit Nabuchodonoſoꝛ ⁊ reliqui reges gētium faciūt annos dc.lxxv. ⁊ dimidium. De iſta vero ſumma cū dēpti fuerint.xlij.anni.qui fuerunt a paſſiōe dñi noſtri Jeſu Chriſti: vſqꝫ ad deſtructionē Hieruſalē et templi:vt dicit glo.ſup illud Mat.xxiiij.a. Nō reliquetur lapis ſuper lapidē.⁊c. Et alia gloſa ſuper illud/aſcende calue.⁊c.iiij.Reg.11.g. Remanebūt inde.dc.xxxiij.anni et dimidi⁹. De quorū annorū ſumma:diminutis annis.33. et dimidio. quibus dñs nr̄ Jeſus Chriſtus vixit.reſtant anni dc.et ita fuerūt.dc.ꝯpleti:quos litera mem/clauſa/ſepius dicta/ſignificat ab eo.ſ.tēpoꝛe quo ſupradicta ꝓphetia.i. Ecce alma cōcipiet ⁊ paruulus dat⁹ eſt nobis. ⁊c. prolata eſt. Fuit q̄ppe infans ille.ſ.Chriſt⁹/admirabilis natiuitate/cōſiliarius predicatione:deus in miraculorū operatione:foꝛtis in paſſiōe ⁊ perſecutiōe: pater futuri ſeculi/reſurrectiōe.princeps pacis in aſcenſione ac ſpiritusſancti miſſiōe. ❡ Ubi enim dicit̄ ſupra infans natus eſt nobis/oſtēditur humanitatē o beata virgine ſumptā. Cū3 aūt dicit̄. Fili⁹ datus eſt nobis:oſtēditur filiū dei a patre datū pro redemptiōe ⁊ ſalute i eo credētib⁹ tribuēda. Latēter eni loquebātur prophete ⁊ alij: ne illis qui tūc tēpoꝛis hoīes ⁊ mulieres ꝓ dijs colerēt: vt Jouē ⁊ Venerē/ Saturnū atqꝫ Junonē ſcādalum augmētarēt. ❡ Reuertēdū quidē eſt ad propoſitum ꝓbādo Meſſiā eē faciē dei. De cui⁹ materia ſic proſequēdū eſt. Malach. iij.a. Ecce ego mittēs nūcium meum vel angelū meum:⁊ ſcopabit vel parabit viā faciei mee.et ſubito veniet ad tēplū ſuū Hadon.i.ille dñs quē vos querētes et nūcius vel angelus Berit.i.pacti quē vos volentes:ecce venit:dixit dñs ſabaot.i.exercituū. Et quis mēſurās vel calcās vel ſufferēs vel gubernans diem aduētus eius? Et quis ſtans in oſtenſione ſua vel cum ſe oſtēdet? Quī ipſe ſicut ignis cōflās ⁊ ſicut Boꝛit fullonū. Notāq; Boꝛit eſt q̄dam herba cum qua fullones lauāt pānos:q̄ lingua arabica dicit̄ Gazul. ❡ Dixit Rabi Moiſes Ben/Maimon/in Halakot.i.ſentētijs. Melaki id eſt regū. Jn diebus regis Meſſie p ſpiritū ſanctum qui requieſcet ſup eū/geneaolizabitur Iſrael ſup os eius.ſicut dictū eſt Malach.iij.a. Ecce ego mittēs nūciū meū. ⁊c. Nota ꝙ per hoc probatur:ꝙ premiſſa Malachie verba dicta ſunt de Meſſia. ❡ Qꝫ Meſſias ſit facies dñi dei exercituū:habet̄ p Rabi Moiſe Hadarſan ſup Geñ.22 b.vbi dicit̄. Jn die tertio ⁊ leuauit Abrahā oculos ſuos:hoc eſt qḋ ſcriptum eſt Oſee.vj.b. Uiuificabit nos a duobus diebus vel poſt duos dies: in die tertio ſuſcitabit vel eriget nos: et viuem⁹ coram eo vel ad faciē eius. Et ſciemus vt ſequamur ad cognoſcēdum dñm. Poſtea ſubditur. Uiuificabit nos poſt duos dies. Jn die tertio viuificabit nos:⁊ viuemus ad faciē eius:q̄ eſt rex Meſſias:ſicut dictum eſt. ps. 79.d.g. Dñe Deus exercituum cōuerte nos:oſtēde faciē tuā ⁊ ſaluabimur. ❡ De iſta etiā dei facie:legitur in Bereſſit qetanna.i.ſup Geñ.3.g.vbi de Adā ſcriptū ē. Et emiſit eū dñs de hoꝛto vel de paradiſo voluptatis. Dixit Rabi Namia. Emiſſus fuit Adā de paradiſo in iſto ſeculo:ſed in futuro ſeculo nō emittetur. Juuatur aūt dictum Rabi Namia huiuſcemodi per hoc qḋ ſcriptū eſt ps.16.g. Ego p iuſticiā vel in iuſticia cōtemplaboꝛ faciē tuam: ſatiaboꝛ cum euigilauerit vel cum ſurrexerit temunatheca.i.foꝛma/vel figura/vel imago/vel ſimilitudo tua. Jn hoꝛa illa ego iuſtificabo eū.i. Adā ab illa ſentētia. Dixit Dauid Deo ſancto ⁊ benedicto. Et in illa hoꝛa qua euigilabit vel reſurget ille qui eſt in ſimilitudine tua/ ſatiaboꝛ ⁊ in iuſticia cōtemplaboꝛ faciē tuā. Glo.Ra.Se. Cōtemplaboꝛ faciē tuam:ſicut dictum eſt Iſa.lij.c. Oꝛ oculo ad oculum videbūt quando moꝛabitur/vl̄ inhabitabit dñs ſion/vel ſedebit. Jdem i targū. Quis oculis ſuis videbūt virtutē vel foꝛtitudinē ſuam quam faciet dñs quando ſedebit vel moꝛabitur deitas eius in ſion. Nota ꝙ capitulo tertio iſtius partis.§. His quoqꝫ probabitur:ꝙ verbum dei et facies dei idē eſt:quapropter cōcluditur:et per ea q̄ ſuperius dicta ſunt/ Meſſiam eſſe faciē et verbum Dei.

❡ Capitulum ſecundum. Adhuc ꝙ Meſſias.i. Chriſtus eſt Deus.

Licet in precedēti capitulo optime ſit probatum Meſſiā eē deū et ipſum vocari noīe dei tetragramaton.i.quatuoꝛ literarum: nihilomin⁹ (deo dāte) in iſto capitulo iterū Meſſiā eſſe deū ſufficienter probabitur. ❡ Jn Perequ/Heleq.a. dixit Rabi Johānan. Quid eſt qḋ ſcriptū eſt zacha.c. Uidi noctē:⁊ ecce vir equitās ſuper equū ruffum vel ſanguineū:⁊ ipſe erat ſtās inter mirtos q̄ erāt i cōualle. Et poſt eū equi rubei varij ⁊ albi:vidi noctē. Uoluit Deus ſanctus et benedictus cōuertere totū mundū in noctem Et ecce vir equitans ſup equū rubeū. non eſt vir

in loco iſto ſcʒ niſi Deus ſanctus ⁊ benedictꝰ: ſic dictum eſt Exo. a. Dñs vir pugne. Sequit. Equitans ſup equũ rubeũ. ⁊c. vſqʒ inter mirtos. Non ſunt mirti niſi iuſti: ſicut dictũ eſt Heſter. ii. b. Et erat nutritus Hadeza. i. mirti. ipſa eſt Heſter. huc vſqʒ traditio. ¶ Habet nãqʒ in Medras Tihillim. i. gloſa pſalmorũ: ſup pſ. xx. victori vel eternali pſalmꝰ Dauid. Dñe in virtute tua letabit rex et in ſaluatiõe tua quã vehemẽter exultabit. Sequitur. Deꝰ aũt ſanctꝰ ⁊ benedictꝰ vocauit Moiſen nomine ſuo. ſicut dictum eſt Exo. vii. a. Dedi te Elohim Pharaoni: ⁊ ſic Iſrael: ſicut dictũ eſt pſ. 81. g. Ego dixi Elohim vos. et ẽ vocãs regẽ Meſſiã noĩe ſuo. ⁊ ꝙ eſt nomẽ eiꝰ. הוה Ihouah vl' Iod / He / Uau / He. nomẽ eius. ſicut dictũ eſt. Exo. xv. a. Dñs vir pugne. Iod. He. Uau. He. nomen ipſius. ¶ Notandũ eſt valde ꝙ ſupra in traditione in Pereq / Heleq / habetur ꝙ dñs vir pugne Exo. xv. a. Eſt Deus ſanctus et benedictus. equitans ſuper equũ rubeum: ⁊ in traditione premiſſa. i. i gloſa pſalmorũ quaʒ Medras Thillim Iudei vocant. Habetur ꝙ Deus eſt vocãs Meſſiam noĩe ſuo qḋ eſt Ihouah: vel Iod / He / Uau He. Et ꝙ dñs vir pugne eſt Meſſias: cuius. ſ. nomen eſt / Iod: He: Uau: He. Quapropter certiſſimum eſt Meſſiã eſſe Deum. Nemo eñi pticipat cũ Deo iſto glorioſiſſimo noĩe appropriato ſoli ſibi: vt iam poſtenſuʒ eſt. Cũ itaqʒ prefatꝰ eques ſit Deus ſanctus ⁊ benedictus: vt predictũ eſt: et dñs Ieſus Chriſtus ſit Meſſias vir ſimul ⁊ Deꝰ vt pluries probatum eſt. Recte corpꝰ ſuũ ſuo precioſiſſimo ſanguine pluries rubricatũ: equus rubeus ĩ hoc loco / dicendũ eſt. Porro cũ iuſti ac iuſte mulieres dicantur mirti: vt probatum eſt. Deus ſanctus ⁊ benedictus equitans ſuper equum ruffum inter mirtos qui erant in valle ſeu profũdo: per quã ſumma deſignatur humilitas tũc ꝓculdubio ſterit: quando ſtabant iuxta crucẽ Ieſu Maria mater eius: et ſoror matris eius: Maria Cleophe ⁊ Maria Magdalene: nec nõ ⁊ Ioannes apoſtolus: cui virgini ſtans extenſus in cruce: matrẽ ſuã virginem et ipſius Ioannis matrem terrã cõmendauit. Io. 19. d. Deniqʒ eq̃ rubei poſt eum egreſſi nulli melius ſunt q̃ apoſtoli et martyres alij / martyriĩ ſanguĩe ruffi facti. Nulli quoqʒ melius videntur equi varij ⁊ albi q̃ doctores ⁊ predicatores: ⁊ maxime modo huc modo illuc in ſuis predicatiõibus diſcurrẽtes. ¶ Satis ad huc cõgrue puto predictis addẽdũ: qḋ in libro q̃ dicitur Mekilta: taliter ſcriptũ eſt. Dñs vir pugne: Iod: He: Uau: He. i. dñe vel Deus nomẽ eiꝰ Exo. xv. a. Quõ põt hoc dici? Nõne eñi ſcriptum eſt Hiere. xxiii. e. Nũquid nõ celos ⁊ terram ego implens ait dñs. Quid igitur docet dicendũ dominus vir pugne? Sed h̃ dictuʒ eſt: q: dixit Deꝰ ſanctus ⁊ benedictus. Propter reatũ veſtrũ ⁊ ꝓpter ſanctificationẽ veſtrã ſuſcitabo vel preparabo nomen meum in vobis. Sequit. Dñs vel Iob: He: Uau: He: nomen eius. In noĩe ſuo ipſe pugnat: ⁊ non eſt hoc ꝯueniẽs alicui alteri: Midotau. i. de ꝓprietatibus eius. Et ſic eſt Dauid dicẽs. 1. Reg. xvii. e. Tu es veniens ad me in gladio: ⁊ lancea: ⁊ clipeo: et ego ſum veniens ad te in nomine domini exercituum. ¶ Conſideret nunc tua prudentia lector in hac traditione tria mentis appoſitione digniſſima. Primũ: ꝙ Deus ſuſcitaturꝰ vel preparaturus erat nomẽ ſuũ talit in Iudeis: ꝙ deus eſſet non tm̃ vir: ſed etiam vir pugne. Et propter iſtud primũ ſpecialiter eſt iſta traditio hic inducta. Scḋʒ: ꝙ Deus faceret iſtud propter hoc: vt ſanctificaret vel mũdaret eos a reatu vel a pctõ ſuo. Tertiũ: ꝙ deũ vir pugne fieri nõ cõueniebat alicui de proprietatibus dei niſi ſoli proprietati nomini eiꝰ: qḋ probatur p Dauid. Quartũ: põt adhuc tribus predictis addi. ſ. q̃ difficile fuerit ac ſit Iudeis ĩfidelibus talia credere. Cum enim Deus celũ ⁊ terrã impleat: vt p Hieremiã pauloante dictũ eſt. immo qḋ plus eſt cum teſte Salomone. 2. Paralip. 11. c. Celi ⁊ celi celorũ nequeũt ipſum capere: quõ credibile eſſet niſi deus dixiſſet virum ipſum fieri poſſe? Sʒ nimis ſtultus ac nimis impius eſt qui impoſſibilis ſuſpicatur: ea q̃ Deus aſtruit: vel in eis auctorem alium querit. Concedamus ergo Deo ⁊ nulli alij omnimodã cognitionẽ ſui: ⁊ credamus ipſum et nomen eius plurima poſſe: q̃ fateamur nos inueſtigare non poſſe. ¶ Eteñi q: dicitur in precedẽti traditione ꝙ Deus ꝓpter reatũ noſtrũ ⁊ ꝓpt purificationẽ nr̃aʒ preparet nomen ſuũ in nobis Et dñs q̃ eſt Iod: He: Uau: He. eſt nomẽ eius qḋ nõ erat cõueniẽs alicui alteri de proprietatibus dei. Uidetur mihi ſatis vtile oſtendere infra: ꝙ Meſſias eſt nomẽ dei: ⁊ ꝙ nomen dei eſt Deus. ¶ Qꝫ nomen dei ſit Deus: habet per id qḋ ſcriptum eſt in pſ. xxiii. Dñi eſt terra ⁊ plenitudo eiꝰ Dicitur eñi ſuper hunc locũ in Medras Tihilli. Ego dñs faciẽs oĩa: extẽdens celos per me: firmans vel ſternens terrã. Me. itti. ex mecuʒ / vel ex apud me. Mi itti eſt ibi ſcriptum. i. qui mecuʒ vel apud me. Iſa. xliiii. f. Quis ergo fuit itti. i. mecum? Nomẽ meũ mixtũ fuit mecũ ĩ creatione ſeculi. Dixit ergo Dauid corã Deo ſancto ⁊ benedicto. Ex quo tu creaſti celos et terrã / nomie tuo: nomini tuo ego attribuã ea dicẽs. Dñi eſt terra et plenitudo eius. Huc vſqʒ Medras. i. gloſa. ¶ Multũ aũt ꝯuenit veritati fidei Chriſtiane id qḋ iam dictũ eſt de ipſo noĩe qḋ fuit cũ deo ĩ creatione mundi: vt habet ſupra in precedẽti §. Et ꝙ ipſum eſt vna de proprietatibus dei: cum qua creauit mundũ: vt ĩ §. Satis adhuc. Nõ eſt enim aliud nomen iſtud: niſi filius ſeu verbũ dei: cum quo creauit mundũ. Dicit eñi in Targum. Ego dñs faciens oĩa: extẽdi celos cũ verbo meo: fundaui terram cũ fortitudie mea. ¶ Nomẽ aũt dei dicitur Meſſias eſſe / ĩ Medras Tihillim ſuper pſ. 17. vbi ſcriptũ eſt. Magnificãs ſalutatiões regis ſui: et faciens pietatẽ Meſſie ſuo. ⁊c. Una ſcriptura dicit. pſ. 17. g. Magdil. i. magnificans. Et alia ſcriptura dicit. 2. Reg. 22. g. Migdol. i. turris vel caſtrũ. ⁊c. Et qḋ eſt caſtrum vel q̃ eſt turris q̃

facta eſt eis: Rex Meſſias erit ſicut turris / vł caſtrum. ſicut dictum eſt Prouer. 18. b. Migdal. i. turris / vł caſtrum fortitudinis. Nomen domini i ipſum curret iuſt⁹ / ⁊ ſuſtolletur. Hucvſq͡ꝫ traditio. Uide lector qualiter iſta Medras Tihilli. i. gloſa Pſalmoꝝ pōit nomē dei eſſe Meſſiā. Et ī traditione ſupra §. ſ. Satis adhuc ponitur deum eſſe nomen eius: ꝙ fuit ſecū ī creatione mūdi. ¶ Adhuc oſtendēdū quidē ē: ꝙ Meſſias ē nomē dei: vt ī Bereſſit ꝗq͡ꝫ Raba Rabi Moſſe: Hadarſā. i. expoſitoris. h̄ mō ſcriptū ē. Et dixit Pharao ad Joſeph. Ego Pharao: ⁊ abſq͡ꝫ te nō leuabit vir vel aliq̄s manum ſuaꝫ. ⁊c. Gen̄. xli. Et ſubditur Sof. iij. c. Quia tunc vertam ad populos labiū electū: vel politum / vel limatum / vł mūdatum ad inuocandum omnes nomen domini / vel in nomīe domini: ⁊ ad colēdum eum humero vno. ⁊c. Non eſt aūt nomen domini dictū hic: niſi rex Meſſias. ſicut dictum eſt Iſa. xxx. e. Ecce nomē domini veniēs de longe. ⁊c. Docet dicēduꝫ de patribus / vł de deo ſancto ⁊ benedicto. ſicut dictum eſt Hier. 31. b. De longe dominus viſus ē / vel apparuit⁹ mihi. Hucvſq͡ꝫ Medras. ¶ Ad idem facit etiam: id qđ legitur in libro ſanhedrin in Pereq. i. diſtictione que dicitur Heleq. e. Dixit Rabi Johānan. Si videris generationem ſe modicam facientē ⁊ ꝓcedentem expecta Meſſiam. ſicut dictū ē: ps. 17. e. Quia tu populum humilem ſaluabis / ⁊ oculos ſublimes deiicies: vel inferiorabis. Dixit quoq͡ꝫ Rabi Johānan. Si videris generationem ſuper quā multe tribulatōes ſint venientes expecta Meſſiam. de quo dictuꝫ eſt. Iſa. lix. f. Et timebunt ab occidente nomen domini: ⁊ ab ortu ſolis honorē vel gloriā eius: quia vel cū veniet ſicut fluui⁹ tribulans. Deinde ſequitur. Et venit ad Sion Goel i. redēptor: ⁊ reuertentibus ab iniquitate in Jacob: dixit dominus. Hucvſq͡ꝫ pdicta traditio. Nota ꝙ infra habebit. x. caplo ꝙ nō ē ſaluator niſi Deus: ⁊ Meſſias ipſe ē ſaluator. ¶ Affluēt puto probatum ſit Meſſiam eſſe nomē dei. ⁊ ꝙ nomen dei eſt Deus. Et etiam Meſſiam eſſe deum / ⁊ virum pugne. Jod / He / Uau / He. Et dominuꝫ virum pugne eſſe deum eq̄tantem ſup equū ruffum. Et ꝙ dn̄s vir pugne ē nomē dei in quo fecit mundum. Nec eſt pretermittendum adhuc aliqđ hic ponere de eo qđ habetur in precedenti capitulo per Rabi Moſſe. ſ. Omnia nomīa creatoris inuenta in libris omnibus deriuata ſunt ab operibus. Et hoc minime latet preter vnum nomen qđ eſt Jod / He / Uau / He / ⁊ eſt nomē appropriatum creatori altiſſimo. Et propter hoc vocatur Sem / Hāmeforas. i. nomē expoſitum. Uult autē dici ꝙ eſt ſignificans / vł oſtēdēs ſubſtantiaꝫ creatoris. ⁊c. Poſtea ſubdit. Et breuit dico ꝙ celſitudo ⁊ excellentia iſtius nominis: ideo reputatur tāta ⁊ cauetur ne loquatur aliquis ꝑ ipſum cautela magna ⁊ terribili. Quia ſignificat ſubſtantiam: eſſentiamq͡ꝫ creatoris. Ita ꝙ nō communicat cū eo aliqua creatura: ſicut dixerunt magiſtri noſtri in perſona. ſ. dei. Nomen meum vnicum / vel appropriatuꝫ mihi. ⁊c. Subditur in fine traditiōis. Ecce expoſitum eſt tibi: ꝙ Sem / Hamineforas eſt iſtud nomen quatuor literarum: ⁊ ꝙ ipſum ſolum ſignificat ⁊ oſtendit eſſentiā creatoris: abſq͡ꝫ mixtura ⁊ ſignificatione altera. Et ideo dixerunt magiſtri ſcilicet nomen meum vnicum mihi. Hec Rabi Moiſes Egyptius. ⁊ ſic dicendum eſt. Cū nomen quatuor literarum ſit nomen Meſſie / ⁊ nomen appropriatum deo: ⁊ ipſum ſolum eſt oſtēdens ſubſtantiam creatoris: ita ꝙ non communicat cum eo aliqua creaturarum: ⁊ eſt nomen vnicum deo: Meſſiam eſſe deum abſq͡ꝫ vlla contradictione certiſſimum eſt. ¶ Judei vero moderni peſſimi: cupientes ſuffocare diuinitatem Chriſti: ferunt ꝙ. vij. res fuerunt create duobus milibus annis ante mundi creationem. Colligunt enim fatuitatem hanc ex eo qđ legitur in libro qui dicitur Paçat / Seni / in Pereq. vbi dicitur. Traditum eſt. Septem res create ſunt anteꝙ crearetur mundus. Et heſunt. Lex / penitentia / gehenna / domus ſanctuarij / thronus glorie: ortus voluptatis: ⁊ nomen Meſſie. ⁊c. Idem habent in gloſa Bemidebar Cinai. i. numerorum. vij. a.

¶ Percuſſi enim ſunt a deo inſania ⁊ cecitate. Quomodo igitur credere poſſunt ꝙ lex ante creationem mundi creata ſit: Que precipit dentem pro dente / oculum pro oculo / ⁊ manum pro manu. Cum ante creationem mundi: nundum eſſet dens / neq͡ꝫ oculus / neq͡ꝫ manus. Et etiam ſic poteſt reſponderi de omnibus iudicialibus. Lex namq͡ꝫ precipit cuſtodire ſabbatum: ſacrificia / et circuncīſionem facere: que nec erant āte creationem mundi: nec etiam aliquis erat: cui talia poſſent iniungi: ⁊ ſic de alijs cerimonialibus. Lex iterum precipit: non occides: nō furtū facies / nec mechaberis. Quomodo legē hanc ante creationem hominum ⁊ mūdi creatam fuiſſe poterit ſuſtineri: cum iſtorū nō eſſet agēs / neq͡ꝫ patiēs: Et ſic de alijs moralibus pōt reſpōderi. Et qualiter dicere poſſunt ꝙ penitētia que naturaliter ſubſequitur peccatum pceſſiſſet / non ſolum peccatuꝫ: ſed etiaꝫ ipſum peccatorē: Et idē ſimiliter de gehēna dicunt. Sed his reſponſuꝫ habetur in eorū Talmud: in quo taliter ſcriptum eſt in libro Peçat ſeni / in Pereq. i. in diſtictione que icipit Maqo. d. Rabi Joce dicit. Ignis quē Deus ſanctus ⁊ benedictus creauit in ſecunda ſabbati. i. in feria ſecūda: nō extinguet ineternū. ſicut dictū ē Iſa. vlt. g. Et egrediēt / ⁊ videbūt cadauera viroꝝ reorū ī me: q͡ꝛ vmis eoꝝ nō morieī: ⁊ ignis eoꝝ nō extīguet. Et erunt ſcatebra vmiū vniuerſe carni. Traditio ꝗq͡ꝫ ē: dixit Rabi Banaa: cur nō fuit dictū ī ſa ſabbati: Gen̄. 1. b. Et vidit de⁹ ꝙ eēt bonū. Propterea q͡ꝛ i ea creat⁹ ē ignis gehēne: Ecce habem⁹ hic teſtes duos iſtos Rabios ſiue magros auctoritatꝫ maxie apud eos: ꝙ ignis gehēne extitit creatus ſecunda die creationis mundi. Cuꝫ vero ſcriptum ſit Deutero. 19. c. Sup ore duorum teſtium / vel ſuper ore trium teſtium: ſtabit verbum. Oportet Judeos concedere iſtos dixiſſe verum.

ad me? Letenē filie mee. Quādo vero dixerunt ei. Uenit vir tuus rex: ait. Ecce certe hec eſt mihi ſufficiēs ꝛ pfecta leticia. Sic futurū fuit vt eſſent prophete venientes et dicētes ad hieruſalē Iſa. lx. b. Filij tui de longe veniēt. Et ipſa dixit eis. Quid ad me? Exultēt filie Iude. ps. 86. Et filie tue ſuper latus nutrientur vel fouebūtur. Iſa. lx. b. Dixit. Quid ad me? Letet mons ſion. ps. 95. Cū vero dixerunt zacha. 9. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ꝛ ſaluatus. Et ſcriptū fuit zacha. ii. f. Canta et letare filia ſiō: qꝛ ecce ego veniēs ꝛ habitabo in medio tui / dix dn̄s. et cōgregabūtur gē tes multe ad dn̄m in die illo: ꝛ erunt mihi ad populū / et habitabo in medio tui. Et ſcies vel cognoſces qꝛ dn̄s ſabaot. i. exercituum miſit me ad te. In illa hora fuit ipſa dicens. Iſa. lxj. g. Gaudens gaudebo in dn̄o: ꝛ exultabit aīa mea ī deo meo. Et hoc eſt exultabim⁹ ꝛ letabimur ī te. c. i. b. Huc vſqꝫ traditio. ¶ Ecce rex tuus venit tibi. zacha. 9. c. Gloſa Rabi Selomo. Nō pōt hoc exponi niſi ſup rege Meſſia. Dictū eſt enim ſic. Et dn̄atio ei⁹ a mari vſqꝫ ad mare: et nō īuenim⁹ Iſraeli talem dn̄atorē in domo ſecunda. ¶ Uides q̄ eleganti ſimilitudine: q̄ euidenter Iudeis perfidis noſtri tēporis meſſiā deū eſſe ſua fidelis tradidit ac mandauit antiquitas: Cū eni poſt parabolam in applicatione ad ꝓpoſitū probatur aduentū dei per id qđ habetur zacha. 9. c. videlicet Ecce rex tuus venit tibi iuſtus ꝛ ſaluat⁹. ꝛc. Euidenter oſtenderunt paudētibus ꝛ ſcripturas ſciētibus: deum eſſe Meſſiam. Hec eni auctoritas vt probatum eſt de nullo alio niſi de meſſia pōt intelligi vel exponi. Qꝫ etiam mirabili mō firmarunt eam in predicta traditione huic auctoritati ſcilꝫ. Ecce rex tuus. ꝛc. Protinus ſubdiderūt aliam eiuſdem prophete: in qua ponitur deus mittens: et deus miſſus. Et hij duo bam midot. i. in proprietatibus vel perſonis: ꝛ vnum in hauia id eſt in eſſentia. Nō quidē ſunt duo dij: ſed vnus deus. et per cōſequens duo vnū et vnū duo. ſunt pater et filius / vel deus / ꝛ verbū eius. ¶ Qꝫ iſta auctoritas. za. ix. b. dicatur de Meſſia. ſ. Exulta valde filia ſion. Iubila filia hieruſalē. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus ꝛ ſaluatus ipſe: paup ꝛ eq̄tans ſuper aſinam ꝛ ſup pullū filiū aſinarum. ꝛc. Habetur adhuc per id qđ legitur in Bereſſit Raba Rabi Moſſe hadarſā: ſup Gen̄. 49. vbi dicit Ligans ad vitē pullū ſuum: quādo veniet Meſſias ad hieruſalē ad ſaluandum Iſrael: ipſe erit cingulans aſinum ſuum: ꝛ equitabit ſuper eum ꝛ veniet ad hieruſalē: vt ducat ſeipſum in humilitate vel paupertate. Attende igitur lector ꝛ diligenter conſidera: vbi in traditione ſupra. §. elegantem. Auctoritas zacha. Ecce rex tuus. ꝛc. Ponit regē iſtum eſſe deum. Sic etiam in iſta ꝛ in alijs ſupraponitur eſſe Meſſiam. ¶ Qꝫ aūt pater ſit deus mittēs verbūqꝫ. ipſius. i. filius ſit deus miſſus: nō tn̄ duo dij ſed vnus deus. Inde colligitur vbi in principio libri taanith hieruſalmi: ita ſcriptum eſt. Dixit Rabi Simeon filius Iobai. Mi-

grauit Iſrael in Babiloniā ꝛ migrauit Sekina id eſt diuinitas cū eis. Unde probatio? Ex eo q̄ dicit Iſa. 43. Propter vos ſullah ti. i. miſſus ſū. babela. i. in babiloniam. ¶ Legitur rurſus ad hꝫ in ps. cvj. c. Mittet verbū ſuū ꝛ medebitur eis vł ſaluabit eos: ꝛ eripiet a miſerijs ſeu corruptelis vel diſſipationibus eorū. Satis quidē ſupra capitulo. 3. iſtius partis eſt probatū verbum dei eē deum. ¶ De diſtinctione deniqꝫ perſonarū: habetur Dan̄. 9. d. Poſtulātis oratione ſuam a deo exaudiri dicentis. Et nunc audi deus noſter orationem ſerui tui: ꝛ obſecrationes eius: ꝛ oſtende faciem tuam ſup ſanctuariū tuum: vel in ſanctuario tuo deſolato. Propt Adonai. i. pp dn̄m. Hic habetur argumentū Meſſiā eſſe Adonai. Item Oſee. i. b. Et domui Iuda miſerebor et ſaluabo eos in domio Deo ſuo. Idē in Targum. Et domui Iuda miſerebor ꝛ ſaluabo eos in verbo domini dei ſui. ¶ Satis poſſumus colligere ex predictis fidē ꝛ credulitatē prophetaꝝ atqꝫ ſāctoꝝ patrum ꝛ Chriſtianorum: vnā eandēqꝫ eſſe ꝛ fuiſſe: excepto dūtaxat: q̄ illi quondam credebant eſſe venturā: qđ nos vel ſcimus vel credimus eſſe preteritam: vt iam patet ꝛ infra patebit: per veteris teſtamenti textū ꝛ per targum. i. tranſlationē ſeu expoſitionē caldaicā: ante aduentū ſaluatoris tranſlatā. Nec non ꝛ per Talmud. i. p doctrinam quā a ſanctis prophetis et patribus Iudei exhibitā pertinaciter fuiſſe tradūt. ¶ Itē per Ieſu Chriſti gratiam: mentio facta eſt de diſtinctione perſonarū ꝛ vnitate diuine eſſentie: ꝛ deo mittente ꝛ deo miſſo. Et adhuc ipſius opitulamine oſtendetur in ſequētibus capitulis de pluralitate perſonarum: ac vnitate diuine eſſentie.

¶ Capitulum quintum / De pluralitate diuinaꝝ perſonarum / ac eſſentie vnitate.

Ceterū inducēdū eſt atqꝫ probandum: q̄ Deus ſit vnus ꝛ trinus. et hoc nō ſolū iuxta fidē Chriſtianorū: ſed etiam ſcōm fidem ſanctoꝝ patrū ꝛ prophetaꝝ. Obijciūt naqꝫ nobis Iudei q̄ tres deos colimus: q̄ quidē magis q̄ ipſi abhorremus. Unum quippe deū ſimplicitate ſubſtantie / eſſentie / atqꝫ nature / Chriſtiana religioſitas eſſe credit. Et ſimiliter eſſe credit tres dinas perſonas que ſūt pater et filius ꝛ ſpiritusſanctus: quarū proprietates ſunt: paternitas / filiatio / atqꝫ proceſſio. vocātur eni tres: ſed neqꝫ eſſentia neqꝫ natura tres ſunt. Unū quippe ſimplex eſt de⁹. ita vt nihil aliud reſpectu eius ſit mere vnū: ſiue angelus ſit illud: ſiue aīa. ¶ Unde primo dicēdū de vnitate ꝛ pluralitate. Hec eni. ſ. vnitas eſt firmiſſima ꝛ fixa mētis conceptio qđ non poteſt eſſe niſi vnus naturaliter De⁹. Et Iudei et q̄cūqꝫ legē credunt hoc clamitāt. Non oportet igitur ad probandū vnitatē multum inſiſtere. Habet nāqꝫ. i. Reg. ii. a. vt per Annā propheti ſſaꝫ matrē Samuelis dictum eſt. Non eſt inq̄t ſanctus vt eſt dn̄s: qꝛ nō eſt alius p̄ter te. Et paulo ante dicit. Non eſt fortis

ſicut Deus nr̄. Idē habetur p Moiſen. Deutero.
32.c. Uidete modo q2 ego ipſe ⁊ nō ſunt dij mecū.
¶ Itē. ps. 85.c. Non eſt ſicut tu in dijs dn̄e: neqȝ
ſcd̄m opera tua. ⁊c. Uſqȝ qm̄ magnus es tu ⁊ fa-
ciens mirabilia: tu es Deus ſolus. Nota q non
ſunt exceptis iſtis in teſtamento veteri multe au
ctoritates q̄ ſolam Dei vnitatē affirment. Mul-
te ſunt aūt valde que poſita vnitate mox oſten-
dunt in Deo eſſe aliquā pluralitatē: vel ecōuerſo.
ſi ponūt in Deo pluralitatem: ſtatim eam aliquo
verbo vnitatē ſignificantē concludūt. ¶ De his
aūt eſt illud qd̄ contra nos Iudei putātes q plu-
res credam⁹ eſſe Deos / vehemēter inculcant: vi
delicet. Audi Iſrael. Deus deus noſter deus vn⁹
Deutero. vj.b. Huic ſimile eſt qd̄ in ps.66.g. hoc
modo ſcriptum eſt. Benedicat nos deus de⁹ no-
ſter: benedicat nos deus: ⁊ metuant eum omnes
fines terre. Attende obſecro lector: quō in vtra-
qȝ auctoritate ter dicendo deus: docet te myſte-
rium trinitatis. Et ſubiungendo i prima de⁹ vn⁹
in ſecūda vero benedicat ⁊ non benedicāt: ⁊ me-
tuant eum ⁊ non metuant eos. quō trinitatē eēn-
tie monſtrat? precedentib⁹ quoqȝ ſimilis eſt. ps.
49.a. ps. Aſaf. Deus de⁹ deus locut⁹ et vocauit
terram. ¶ Item habetur Iſa.6.b. Sanct⁹ / ſan-
ctus / ſanctus: dn̄s deus ſabaot. ⁊c. Hic enim ha-
betur ter ſanctus: ⁊ nō niſi ſemel deus: voce an-
gelorum clamantiū ⁊ laudantiū deum. Qd̄ qui-
dem ſi deus non eſſet trinus ⁊ vn⁹: ſolūmodo ſe-
mel ſufficeret. In celis autē nihil eſt ſupfluū nec
diminutū. ¶ Petrus aūt Alfunſus dicit in libro
diſputationis contra Iudeū: titulo. 6. vbi ait de
trinitate. Que res eſt apertior ⁊ ad hoc pbandū
valētior q̄ nominū dei explanatio: vt Eloim et
Adonai. Eloim pluralitatē demōſtrat cuius ſin
gulare eſt eloi. ⁊c. Et ſubdit. Si in nulla Hebrai
ca inuenitur ſcriptura q aliq̄s hō deum vnq̄ ap-
pellaret eloi: q̄uis ſcd̄m ipſas hebraicas liguas
dici poſſit. ⁊c. Et iterum ſubdit. Nam cū dicim⁹
Adon: ſingularitatem demonſtrat. Cum dicim⁹
Adonai: quaſi dicam / domini. Huc vſqȝ Petrus
¶ Itē in Bereſſit minori ſup illud Geñ.1.a. In
pricipio vel per principiū vel cū principio crea-
uit eloim. i. dij. celum et terrā. Dixit Rabi Iuna
Niſi hic ſermo fuiſſet ſcriptus: nō fuiſſet licitū di-
cere. Creauit dij celū. ⁊c. Itē vbi ſupra ſup illud
Geñ.1.e. Et creauit dij Adam ad imaginē ſuam
ad imaginē eloim. i. deorum: creauit eū. Interro
gauerūt heretici Rabi ſamlai. quot dij creauerūt
mundū? Ait eis. Ego et vos q̄ram⁹ a dieb⁹ prio
ribus. Hoc eñi qd̄ ſcriptū eſt Deut.4.c. Interro-
ga queſo a diebus prioribus. ¶ In Bereſſit vero
Raba Rabi Moſſe Hadarſan / habet. Ego ⁊ vos
queramus a lege. Creauerunt dij Adā: ⁊ non eſt
ſcriptum: ſed creauit dij Adam. Quid eſt qd̄ ſcri
ptum eſt Geñ.1.a. In principio creauit dij celum
et terram. Dixit eis. In principio creauerunt dij
non eſt ſcriptū ſic: ſed in principio creauit dij. ⁊c.
Dixit quoqȝ Rabi zamlai. In omni loco in quo
tu inuenies obiectionem pro hereticis: tu quoqȝ
eris inueniens medicamētum eius i latere ipſi⁹.
Rurſus etiam iterrogauerūt eū. Quid ē h̄ qd̄ ſcri
ptū eſt. Geñ.1.e. Et dixit. Dij faciam⁹ Adā, in
imagine vel cū imagine vel ad imaginē noſtraȝ:
tanq̄ ſimilitudinē noſtram: Dixit eis. Legite qd̄
ſequitur. Et creauerunt dij Adam. nō eſt ſcriptū
ita: ſed et creauit dij. Dixit Rabi Huſſaia. In ho
ra qua creauit deus ſanctus ⁊ benedict⁹ Adam
priorem: errauerunt in eo angeli miniſterij. Ita
ſcȝ Deus impreſſerat ei imaginē ſuam. Voluerūt
qȝ dicere faciei eius. Sanct⁹ ſanctus ſanct⁹ dn̄s
deus ſabaot. i. exercituum. Iſa.6.b. Simile aūt
eſt illud cuidam regi ⁊ cuidam comiti qui erāt in
curribus: homines vero ciuitatis ad quā. ſ. appro
pinquabāt erant volentes dicere regi. Dn̄e: ⁊ non
poterant eū cognoſcere q̄s eſſet de duob⁹. Quid
fecit ergo rex: impulit comitē ⁊ eiecit de curru: ⁊
tunc cognouerunt regē: ſic quoqȝ qn̄ deus ſanct⁹
et benedictus creauit Adam primū ad imaginē
et ſimilitudinē ſuam: errauerunt in eo angeli vt
dictum eſt. Quid ergo fecit deus ſanctus ⁊ bene
dictus? Immiſit ſoporē in eū ⁊ cognouerunt om
nes q ipſe erat Adam. Hoc eſt aūt qd̄ ſcriptū eſt
Iſa.2.g. Prohibete vos ab ipo Adā q̄ habet ſpi
raculum in naſo ſuo. Quid enim vel cum quo re-
putatus eſt ipſe. ¶ Simile quoqȝ huic traditio-
ni habet in libro ſanhedrin in diſtinctione q̄ di-
cit ahad: dine: memonot: circa finē. Dixit Rabi
Iohānā. Ois loc⁹ vnde epycure facti ſunt here-
tici: reſpōſionem habēt in latere. Faciam⁹ Adā
in imagine noſtra. Geñ.1.e. Et creauit dn̄s Adā
in imagine ſua. Deſcendem⁹ ⁊ ↄfundam⁹ ibi la-
bium eorum. Geñ.xj.b. Et deſcendit dn̄s ad vi-
dēdum ciuitatem et turrim. Geñ.xi.a. Itē Geñ.
35.d. Quia ibi apparuerūt ei dii. In eodē vero. a
Et fac ibi altare dn̄o qui apparuit tibi. In eodē
vero capitulo.c. Et ſurgamus ⁊ aſcēdam⁹ ad do
mum dei: ⁊ faciam ibi altare dn̄o vel deo reſpon
dēti mihi vel exaudiēti me in die tribulationis
mee: Hec traditio. Nota q alie multe auctorita-
tes iſtis ſimiles ſunt: q̄ in diuinis pluralitatē oſtē
dunt: quaȝ ſemp ante vel poſt: ſub vnitate redu-
cunt. ¶ Alie quoqȝ auctoritates in ſcriptura pri
orum reperiuntur multe. In quibus ponitur plu
raliter quedā noīa eſſentialia dicta de deo adie-
ctiuis pluralibus copulata. Quē modū loquēdi
de deo: cur nullus nobis vnq̄ interpretum tranſ
tulit. Cur illum etiā xp̄iana religio reſpuit: ſcire
me credo. Quare aūt ipſum ſacra ſcriptura vete
rum admiſerit cum valde incongruus videatur:
neſcio: niſi propter hoc forſan: vt modernorum
impietas Iudeoȝ pluralitatē diuinaȝ negātiū
perſonarū: fortius vinceretur. ¶ De huiuſmodi
igitur inuenitur in Bereſſit Raba: q̄ Rabi Moſſe
hadarſan aſcribitur / ſup illud In principio crea
uit eloim. i. dii. celum ⁊ terram. ⁊c. Interrogaue
runt heretici Rabi zamlai dicētes. Quot dii cre-
auerunt ſeculum? Ego ⁊ vos inquit queramus a
lege. Dixerunt ei. Scriptum eſt Deutero. iiii. b.
Que eni eſt gens magna q̄ habeat deos propin-

quos ſibi: Dixerunt ei. Ecce duo reſſuiot. i. prin=
cipia. Dixit eis. Legite finem verſus. Sicut dñs
deus noſter in omni inuocatione noſtra ad/euꝫ
Non eſt ſcriptum ad eos: ſed ad eum. Dixerunt ei
Ecce adhuc ſcriptū eſt Joſue vlti. e. Nō poteritiſ
ſeruire dño: qꝛ dij ſancti. Dixit eis. Legite finem
verſus. Non dixit qꝛ dij ſancti ſunt: vel qꝛ dij ſan
cti ipſi: ſed qꝛ dij: ſancti eſt: vel qꝛ dii ſcti ipſe. Di=
xerunt iterum ei. Ecce ſcriptum eſt. 2. Reg. vii. e.
Et quis vt populus tuus: ſicut Jſrael gens vna
in terra. ꝓpter quā iuerūt dij ad redimēdū: Ait
eis. Legite qꝺ ſcriptum eſt ꝯſequēter: ad redimē
dum lahem. i. ſibi pluraliter non eſt ſcriptū. Sed
ad redimendū lo. i. ſibi ſingulariter: et ad ponen
dū ſibi nomen. Rurſum quoqꝫ dixerunt ei. Ecce
ſcriptuꝫ eſt Hiere. xxiii. f. Et peruertiſtis verba
deorum viuētium vel viuorum. Dixit eis. Legi=
te finē verſus. Dñoꝝ exercituum. Nō eſt ſcriptuꝫ
ſic: ſed dñi exercituum: dei noſtri. Huc vſqꝫ tradi
tio. ¶ Perſonarum quoqꝫ pluralitas ibi euidē=
ter oſtēditur: vt in pſ. cxlix. taliter dicitur. Lete=
tur vel letabitur Jſrael: beazau: in factoribus ſu
is ⁊ filii ſion exultēt in rege ſuo. Itē quaſi idem
Jſa. 44. b. Quia dñatores tui factores tui dñs
exercituum nomē eius ⁊ redēptor tuus ſanctꝰ Jſ
rael Deus totiꝰ terre vocabitur. ¶ Simile iſtis
et ſupradictis habetur adhuc in Medras qohe=
let. i. Eccleſiaſtē. ii. c. Et verti me vel reſpexi ego
ad videndū ſapientiam ⁊ inſaniam atqꝫ ſtultitiā
Quis eſt ei hō q̄ veniat vel iret poſt regē: poſt
regē: videlicꝫ regū: aliorū regū: deū ſanctū ⁊ be=
nedictū: tu valebis ſtare: Docet autē dicēdū per
hoc ꝙ nō eſt ſcriptuꝫ: qui fecit eū: ſed qui fecerūt
eū. Qꝫ ex quo in lege ſcriptum eſt: poſſibile ē di
cere vel dici pōt: deus ſanctus ⁊ benedictus ⁊ do
mus iudicii ſui: fecerūt eū. Si vero dicis: ꝓpter
hoc: duo ergo principia ſunt: non ſequitur. Nōne
cauſa iam dicta erat Deutero. 32. b. Ipſe fecit te
et aptauit vel ornauit vel parauit te. Huc vſqꝫ
traditio. Intuere ꝙ nec iſte Rabi / neqꝫ predicti /
nec aliquis de antiquis cuius dicta de iſta Mate
ria viderim ꝯficiatur myſteriū trinitatiſ. Sed tñ
plura pñcipia vel plures deos. Qđ certe omnis
Chriſtiana religio non minus ipſis: immo multo
amplius deteſtatur. In duoꝝ quippe vel pluriuꝫ
mundi principiorum ſiue deorum deteſtationeꝫ
predictū de deo loquendi modū quandocūqꝫ de
deo agitur oīno recuſat. Itē nota ꝙ in proxima
gloſa vbi dicitur ꝙ deus ſanctus ⁊ benedictꝰ: fe=
cit Adam et domus Judicij eius. ſaluo meliori
iudicio: deus ſanctus ⁊ benedictꝰ ē pater: ⁊ domꝰ
iudicij eius: filius et ſpiritus ſanctus. Qui non
ſunt quidē ſcđm fidei chriſtianā duo vel tria prin
cipia: ſed vnum tantum principium omniū crea=
turarū viſibilium ⁊ inuiſibiliū. ¶ Superioribus
adhuc modis loquendi de deo: ſimile eſt: ꝙ Oſee
xi. g. hoc modo dictum eſt. Circundederunt me
vel cū negatione vel cum mēdacio Effraim: ⁊ cū
dolo domus Jſrael. Juda vero adhuc erit domi
nans cū deo ⁊ cū ſanctis fideli vel fidele. Gloſa
Rabi Selomo. Effraim ⁊ domus Jſrael regem
decē tribuum ⁊ omnis populus. Sꝫ Juda adhuc
dñans cū deo. i. dñans cum timore dei. Rad. i. do
mināns dictum ē hic. ſ. ſicut Numeri. 34. f. vier ad
id eſt et dñabit de Jacob: et cum ſanctis fideli.
Adhuc. ſ. rex eorum cū deo ſancto ⁊ benedicto.
Hec Ra. Se. ¶ Itē in magna expōne Geñ. Ra=
bi Moiſi Hadarſan ſup Geñ. 44. c. Et diximus
dño nr̄o. Prouer. 30. a. Quia pecoralis ſū ego
pluſqꝫ vir. Dixit Selomo. Cum ego dixi Eccle.
ii. a. Miſcebo cū leticia: pecoralis fui: de mate=
ria Noe qñ inebriatus eſt. Geñ. vi. Noe vir iuſtus
et perfectionū fuit: Sicut Noe qñ inebriatus eſt
et errauit in vino: nō didicit ab Adā: qui accepit
de fructu vitis ⁊ offenſus eſt. Sic ego ⁊ nō prudē
tia Ade mihi. Prouerb. 30. a. Iſte eſt primꝰ. Pri=
mus Adam nō habuit preter vnā mulierē: ⁊ ipſa
expulit eum de ſeculo: ⁊ nō fui prudēs factꝰ ꝑ eū.
et multiplicaui mulieres errauiqꝫ poſt eas: ⁊ nō
didici ſapiētiā a primo Ade. Et qđ eſt qꝺ dixit.
Et noticiā ſctoꝝ noſco. Deum ſanctum ⁊ benedi
ctū vocauit deos ſanctos: qꝛ oīa materie ſue. i.
quecūqꝫ ad ipſum ptinent i ſanctitate ſunt: ſicut
dictū eſt Joſue vlti. e. Et dixit Joſue ad populū
Nō poteritiſ ſeruire dño: qꝛ dij ſancti eſt: vel quia
dii ſancti ipſe. Huc vſqꝫ traditio. ¶ Item gloſa
quā ipſi Medras vocant: ſuper illud Eccle. v. b.
Si oppreſſionē egeni ⁊ ablationē iudicii ⁊ iuſti=
cie videris in ciuitate: nō mireris ſup huiuſcemo
di volūtatē. Nā excelſus ſup excelſum cuſtodiēs
⁊ excelſi ſūt ſup eos. Si videris oppreſſorē pau=
perū ⁊ egenorū ⁊ iuſtitiā. i. iuſtum viuētem ineter
num: multiplicantē ei bonitatem ⁊ pacē: time in
eos iudicium gehēne. Qꝛ excelſus de ſuper ex=
celſum cuſtodiēs. Iſti ſunt angeli ⁊ excelſi ſuper
eis. Hic eſt deus ſanctus ⁊ benedictus. Huc vſqꝫ
Medras. i. gloſa. ¶ Itē in Bereſſit Raba. i. in ex
poſitione ſup Geñ. 19. c. Et dñs pluit ſup Sodō
et ſup Gamorra ſulphur ⁊ ignē a dño. Rabi Juhu
da dixit. Et dñs pluit. ⁊c. Iſte eſt Gabriel. i. vir=
tus vel fortitudo dei A dño. Iſte eſt deus ſāctus
et benedictus. Dixit Rabi Eleazar. Oīs locꝰ vbi
dicitur: ⁊ domus intelligitur ipſe: ⁊ domus iudi=
cii ſui. Huc vſqꝫ gloſa. ¶ Itē in Medras. i. gloſa
Sir Haſſirim. i. cantici canticoꝝ ſup illud. Eque
mee in curribus ⁊ equitaturis Pharaonis. Aſſi=
milaui te amica mea. Canti. 1. Et dñs dii: veri=
tas. Hiere. x. c. Quid ē qꝺ dicit vitas: ꝙ ipſe vide
lꝫ ē rex Heloim haim. i. dii viui: ⁊ rex eternꝰ: vel
ſeculi. Hiere. x. c. Dixit Rabi Eleazar. Vbicūqꝫ
dicit̄ in ſacra ſcriptura. ſ. ⁊ dñs: intelligit̄ de ipſo
et de domo iudicii ſui. Nota ꝙ domꝰ iudicii dice
batur apud Judeos: qñ tres iudices ad minꝰ da=
bant aliquā ſentētiā. Poterat aūt eſſe pluriū ſed
nō paucorū. dū tamē ſemꝑ impares eſſent. Do=
mus igitur iudicii diuini: videtur poſſe dici: deus
pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus. ¶ Multa etenīꝫ
ſunt alia teſtimonia in veteris teſtamēti ſcriptu=
ra: que trinitatis myſteriū atteſtant̄. Sed eſſet
cuncta colligere nimis longum.

¶ Capitulum.vi.de trinitate ꝛ filio dei.

QUoniam Iudei ſunt in imagi
nando fortiſſimi: in intelligen
do vero debiliſſimi: quas ob
res: vt opinor: nomen patris
ꝛ filij abhorrent in diuinis. in
iſtius ſexti capituli ſerie ꝛ ĩ ſe=
quentibus ꝑ dicta maioꝝ ſuo
rum tres Midot.i. proprieta
tes ſiue perſonas diuinas: iſtis tribus nominib⁹
patris: videlicet ac filij ꝛ ſpirit⁹ ſãcti: a deo ꝛ a ſu
is ſãctis pſib⁹: lȝ nõ ſic in vna teſſera poſitas ſuffi
cientiſſime deo auxiliante probabo. ¶ Deuȝ ita=
qȝ patrem eſſe vocandũ docet propheta Miere=
mias. Immo ipe De⁹ iubet ſe ſic vocari ꝑ Miere=
miam dicẽs.iij.f. Patreȝ vocabitis me/ꝛ de poſt
me non reuertemini. Eſt autem hic ſciendũ: ꝙ in
hoc loco Iudei/ꝛ in locis ꝙ̈plurib⁹ aliter legunt
ꝛ aliter habent ſcriptum. Illud autẽ qꝺ habetur
in textu/ꝛ non legitur: vocatur Matub.i. ſcriptũ.
Et ꝙ ẽ extra in margĩe/ꝛ legitur: vocatur: Kare
i.legẽdum. Qꝺ igitur dixi ẽ Matub.i.id qꝺ habẽt
ſcriptum intus in textu. Kare vero.i.id qꝺ hic le
gunt: ẽ hoc qꝺ ſequitur. Patrem vocabis me ꝛ de
poſt me nõ reuerteris. ¶ Sed forte Iudei dictu=
ri ſunt: ꝙ Deus nequaꝙ̃ dicitur hic pater natura=
li generatione: ſed creatione vl̃ redẽptione. ſicut
Iſa.lxiiij.c. Et nunc domine pater noſter tu nos
lutum ꝛ tu fictor vel formator noſter: ꝛ opus ma=
nus tue omnes nos. Item Iſa.63.f. Tu domine
pater noſter redemptor noſter a ſeculo nomẽ tu=
um. Aliud ergo querẽduȝ eſt poſt qꝺ non poſſint
effugere veritatem: ad qꝺ inueniendũ debent Iu
dei ſcire: id qꝺ etiam paſtorib⁹ ꝛ bubulcis: vix po
teſt eſſe dubium. videlicet patrem ꝛ filium correla
tiua eſſe.i.vnuȝ ſine altero eſſe nullatenus poſſe:
quẽadmodum ſeruum ꝛ dñm. Si teſte deo igitur
qui ſe optime nouit hoc eſt ſi ſcripturarũ diuina=
rum teſtimonio inuenire poſſumus eſſe deum dei
filium: cõſequẽter deũ patrem eſſe erit neceſſariũ.
¶ Animaduertendum ẽ enim ꝙ omnes auctori=
tates inducte in preſcriptis capitulis diſtinctio=
nẽ perſonarum videntur oſtendere. Iſaias ergo
hic producatur in mediũ: qui breuiter ꝛ ſuccicte/
ꝛ nihilominus plene atqȝ perfecte totam nobis
trinitateȝ diſtinguit.48.e. Accedite ad me audi
te iſtam: nõ a capite/vel a principio in occulto lo
cutus ſum. Ex tempore eſſe fui ibi ego. Et nunc
dominus Deus miſit me: ꝛ ſpiritus eius. Accedi=
te ad me. Glo. dicit filius ad gentes. Iuxta illud.
Uenite ad me oẽs qui laboratis ꝛ onerati eſtis/
ꝛ ego reficiam vos. Non a pricipio in occulto lo
cutus ſum. Glo. Moiſi in mõte Sinai ex tempo=
re añꙗ̃ fierẽt. Glo. q̃ facta ſunt ibi eram. Glo. In=
patre. Et nunc dñs De⁹. Glo. Pat̃ miſit me. Glo.
me filium incarnari cõſtituit. Et ſpũs eius. Glo.
Quia cõceptus eſt de ſpiritu ſancto.i.opere ſpiri=
tus ſancti. Item alia gloſa totam trinitatem bre
uiter ꝛ plene: aperte diſtiguit. Sȝ qꝛ fortiſſimos
ꝛ audaces etiam qñqȝ mil tes ſubitus ſic pertur=
bat inſultus: vt ante cogantur fugere ꝙ̃ arma poſ=
ſint arripere. Sciendum ꝙ Rabi Selomo dicit
ĩ ſuo Perus.i. poſtilla ſuꝑ hũc locũ Iſaie ſic Glo.
Rabi Tanhuma dicit: ꝙ ex iſto loco habet ꝙ om
nes prophete aſtiterũt in monte Cin ai.i. Sinai.
Et inde iſte propheta ẽ dicens de ſe.ſ. Iſa.48.e.
A tẽpore fui eſſe illius videlicet ſermonis qui di
ctus eſt manifeſte/ꝛ nõ in abſcõdito: qui ẽ dator
legis: ibi ego ꝛc. ¶ Itẽ idem Rabi Selomo. ſuꝑ
illud Malach.i.a. Onus verbi dñi in manu Ma
lachie. Iam multis ante diebus fuerat iſtud tra=
ditum ĩ manu eius. Hic gloſauerũt Rabini noſtri
in extrauagãti Mekilta. ꝙ oẽs prophete aſtiteꝛt
in Sinai/ꝛ ibi tradite ſũt eis oẽs prophetie. Et
ſic dicit Iſaias a tempore fui eſſe: ibi ego: ꝛ nunc.
ꝛc. Neq̃ tñ vo iſti⁹ ꝛ ſibi ſimiliũ optĩe cõfũdiꝶ ꝑ ã=
tiq̃ſſimũ q̃dẽ: cui cõtradicere nefas ẽ apõcos: qꝺ
in libro Malkilta ſuꝑ illꝺ Exo.19.b. ħ mõſcriptũ
ẽ. Et venerũt in deſertũ Cinai.i. Sinai: ꝛ q̃euert
vel caſtrametati ſũt ĩ deſerto. ꝛc. Data ẽ lex publi
ce ĩ loco expoſito. Nam ſi data fuiſſet lex in terra
Iſrael: fuiſſent dicẽtes Iudei gẽtibus ſeculi. Non
eſt vobis pars in ea: ſed data fuit ĩ deſerto repta=
bili: publice in loco expoſito: vt oẽs q̃ voluerunt
eam recipꝭ/veniãt ꝛ recipiãt. Poteſt dici ꝙ data
fuerit de nocte. Docet ꝙ nõ illud ꝙ Exo.19.e. Et
fuit ĩ die tertio facto mane. Poteſt ne dici ꝙ data
fuerit in ſilentio? Docet ꝙ nõ: ibidẽ dictum eſt. Et
fuerunt voces ꝛ fulgura. ꝛc. Poteſt dici ꝙ nõ au=
dierũt vocem? Docet quid ad hoc ſit dicẽduȝ illꝺ
ꝑs.18.b. Uox dñi in fortitudine: vox dñi ĩ magni
ficẽtia. Uox dñi cõfrigẽs. ꝛc. Rabi Ioce dixit. Et
ecce ipſe Deus ſanctus ꝛ bñdictus eſt dicẽs. Iſa.
48.c. Non a pricipio ĩ occulto locutus ſuȝ: a tem
pore fui eſſe: legis.ſ. Moiſi: ibi ego. ꝛc. Itẽ ĩ eodẽ
libro ſuꝑ illud Exo.20.a. Ego dñs Deus tu⁹. Di=
xit Rabi Natã. Si dicis ĩ ſecreto fuit ſmo: ꝛ nõ=
ne iã dictũ ẽ Iſa.xlviij.d. Nõ a principio ĩ occul
to locut⁹ ſũ. ꝛc. Cuius rei abſurditas falſitaſqȝ nõ
per ſolũ ꝑ hanc patet traditionem: ſed etiam eoꝝ
ꝙ nec Moiſes/nec aliquis de prophetis inueniꝶ
apte vnꝙ̃ de hoc feciſſe mẽtionem. Neqȝ etiaȝ ſi
dixerint animas prophetarum ſine corporibus
dationi legis ad eſſe potuiſſe: poteſt hanc eorum
inſaniam palliare. Hoc ꝛ enim eũ in premiſſuȝ in
conueniens deteꝫ: ꝛ ſacre ſcripture/Rabinorum
etiam ſuorum iudicio contradicit. ¶ Legitur
ſiquidem in Bereſſit Raba.i. in Gloſa. ſuper Ge=
neſ. vbi ſcriptum eſt. Iſte liber generationum A=
dam. Geñ.v.a. Scriptum eſt.lvij.f. Quia non in
ſempiternum lingabo cum Adam primo neqȝ in
finem iraſcar cum generationibus ſuis. Quia
ſpiritus a facie mea amiciet/vel induet. ꝛc. Rabi
Tanhuma dixit. Non erit rex Meſſias veni=
ens in ſecundo ſcilicet aduentu: vſqȝquo creen=
tur omnes anime/que aſcenderunt in cogitatu
dei ſcilicet ad creandum. Unde probatur hoc?
Ex eo qꝺ dictum eſt Iſaie.57.f. Et animas ego
feci/id eſt propter animas ego feci. Nota ꝙ ex eo
ꝙ dicit Meſſiam non eſſe venturum ꝙ de ſecun=

do aduentu propter multa que de Meſſia leguntur apud eos oportet intelligi: donec omnes anime quas Deus preuidit creandas create fuerint. Oſtendit ꝙ anime quotidie creãt: ⁊ creabūtur vſq; ad finem mundi. ¶ Ex eo qḋ dicit Rabi Kimbi ĩ libro Saraſſim: multo expſſi⁹ habetur hoc: ⁊ efficacius / vbi ait. zach. xij. a. Et formans ſpm̃ hoīs ĩ medio ei⁹. Expoſuit hoc Rabi nr̄ ſeadia dicens. Qḋ ex hoc qḋ ait in medio eius: vult dicere ꝙ creator creat eã. i. aiam cū ꝑfectione figure corporis humani. Et hoc eſt qḋ dixit in medio eius. Hec dictus Rabi. ¶ Ceterū adhuc quoq; ſciendū: ꝙ Rabi Selo. qdam quaſi modernus tanꝗ calidiſſima vulpes que nõ rectis itinerib⁹: ſed tortuoſis ſemꝑ anfractib⁹ graditur. ſepe dictam Iſa. ſcripturam: quēadmodum ⁊ omnes alias ꝑuertere nititur. Erubeſcēſq; predicte expoſitionis inſaniam: exponit aliter ꝙ antiqui: dicendo ſepius dictum Iſaie ſermonē mixturas continere verbo⁊. Quãobrē vocē dei eſſe dicit ꝙ Iſa. 48. c. dicit. Non a principio ĩ abſcōdito locutus ſum. ⁊c. Qḋ vero ſequitur. Et nūc dominus De⁹ miſit me: ⁊ ſpūs eius eſſe vocē ꝓphete: ſed ſupradicte due traditiones de libris apud eos auctenticis: monſtrant eum eſſe falſiloquium. vbi. ſ. dicitur. Ecce ipſe Deus ſanctus ⁊ bñdictus ē dicens. Iſa. 48. Non a principio in oculto locutus ſu; : a tempore fui eſſe ibi ego. Adhuc melius oſtēdit eē eū falſiloquū: id qḋ imediate / ⁊ ſubſequēter ſubiūctum eſt. Sic dixit redēptor tu⁹ ſctūs Iſrael. Patet hinc itaq; id qḋ ante procedit. ſ. ⁊ nunc dominus Deus miſit me: non ſit vox ꝓphete: ſed vox filij dei miſſi a patre ⁊ ſpiritu ſancto ad gen⁹ humanum ſpiritualiter redimendum. ¶ Iudei vero ⁊ ſpecialiter moderni legētes ſcripturaru; volumina diuine pagine veteris teſtamēti non valentes negare Meſſiam / qui ſemper ſcḋ; ſuam diuinitatem fuit in deo / nec etiam ꝙ ante creationez mūdi non eſſet: ponunt ſemper loco veritatis mēdacium: ac ſubuertere nituntur fidez noſtram ⁊ palliare cum falſitate / vt Ieſu Chriſti diuinitas ſuis falſiloquijs ſopiatur. Sed eorum malicie / ac calliditati ſemper reſiſtitur per prudentes. ¶ Aliud eſt adhuc ꝙ vehemēter ⁊ premiſſa cõfirmat: ⁊ proteruiam Iudeorum infirmat diuinaru; perſonarum tam numerum ꝙ diſtinctionem aperte monſtrãdo. Et hoc ē qḋ in Medras Tibillim. i. in glo. Pſalmorum taliter ſcriptum eſt: ꝑs. Aſaf. Deus Deus Deus locutus eſt / ⁊ vocauit terram: ꝑs. 49. a. Quãobrem memorauit Aſaf. nomen dei ſancti ⁊ benedicti tribus vicibus. Ut doceret ꝙ cum iſtis tribus nominibus creauit Deus ſanctus ⁊ benedictus ſeculum ſuum in perſona: vel loco trium Midot. i. proprietatum: quibus creatus eſt mundus. Et iſte ſunt ſapiētia: ſcientia vel noticia: atq; prudētia. ſicut dictum eſt Prouer. 3. d. Dominus in ſapientia fundauit terram. Aptauit vel ornauit celos in prudētia In noticia / vel ĩ ſciētia ſua abyſſi eruperunt / vel rupte ſunt. Iſto quoq; modo eſt ipſe dicens. Exo. 20. d. Quoniã ego dominus Deus tuus Deus zelator. Ecce tria contra tres / vel loco trium / vel in perſona trium quibus creatus eſt mundus. Sic etiam filij Gad ⁊ filij Ruben dicentes. Ioſue. xxij. b. Deus Deus dominus ipſe ſcit. Quid viderunt ꝙ ſic memorauerunt duabus vicibus. Dixerunt quidē. De⁹ Deus dominus: q: eis creatus eſt mundus. Et ite⁊. Deus Deus dominus: q: eis / vel in eis / vł ꝑ eos data eſt lex. Hec in Talmud. ¶ Et nota ꝙ totu; iſtud iſtis eiſdem verbis eſt ſcriptum in Bereſſit Raba Rabi Moiſi Hadarſan. i. expoſitoris ſuper illud Geñ. 1. a. In pñcipio creauit dij celum ⁊ terram. Et nota ꝙ iſta gloſa quam ipſi Medras vocant: ſatis videtur fidei Chriſtiane conueniens. Excepto dumtaxat: ꝙ tres diuinas ꝓprietates quas ponit creatrices / vł tres Midot. i. proprietates: quibus creatus eſt mundus: dicit eſſe ſapiētiam / prudētiam / atq; noticiam. Hec eteni licet plures proprietates videantur nomine: non ſunt niſi vna tantum re ¶ Alibi vero reperiūt tres ꝓprietates apud eos que ſm fidez Chriſtianã ſunt vnus Deus / a quo ⁊ per quē creatus ē mūdus. videlicet in Bereſſit Raba. i. in magna expoſitione Geñ. que attribuitur Rabi Moiſi Hadarſan. ſuꝑ illud: ⁊ Iocef. i. Ioſeph: ipē potēs ſuper terram. Geñ. 42. b. Rabi Eliezer eſt dicēs. Non eſt creatus mundus niſi per verbum / vel cum verbo / vel in verbo dei ſancti ⁊ benedicti. Sicut dictū ē: ꝑs. 32. In verbo dei celi facti ſunt. Rabi Simeon eſt dicens. Spirauit vel ſufflauit Deus ſanctus ⁊ benedictus. ſpiritum os ſuu; ⁊ creatus eſt mundus: ſicut dictum eſt: ꝑs. 32. b. Et ſpiritu os ei⁹. i. ⁊ ſpiritu qui ē os eius: per quē locutus eſt in propheti; omnis exercitus eorum. Hec traditio. Ecce ꝙ diſtincte ponitur hic Deus / ⁊ verbum ei⁹ / ⁊ ſpirit⁹. Que tria quid aliud ſunt ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpirit⁹ ſanctus. Non vtiq; tres dij / vel tres creatores. ſed vnus Deus vnuſq; creator ꝙ monſtratur cu; ſequitur. Congregans velut ĩ vtre aquas maris: dans in cellarijs abyſſos. Ex eo ꝙ dicit ſingulariter ⁊ non pluraliter cõgregãs / ⁊ dans oſtendit. tres perſonas / quas ꝑ tria nomia predicta dedit intelligi / vnum eſſe tantummodo deum ſcłi creatorem. Qḋ valde cõſonum eſt. Io. ĩ capitulo. v. c. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in celo: pater / verbū / ⁊ ſpiritus ſanctus: ⁊ hi tres vnū ſunt. ¶ Ad hanc quoq; materiam pertinere videtur ꝙ in Medras Cohelet. i. in gloſa ſuper eccleſiaſten. 4. e. taliter ſcriptum eſt. Filum autem trinum non cito rumpitur. Rabi Iohãnan dixit. Meliores ſunt duo vir. ſ. ⁊ mulier ꝙ vnus. Iſte videlicet per ſe / ⁊ iſta per ſe. Et filum trinum iſtud vel iſte eſt Deus ſanctus ⁊ benedictus: qui viſitat vtrumq;. i. virum ⁊ vxorem in filijs. i. dando eis filios. Hec dictus Rabi. ¶ Qḋ autem ſubiūctum eſt: non cito rumpitur. Senſus eius videtur eſſe: ꝙ myſterium trini dei / ⁊ vnus non de facili / nec cito diſcutitur. ¶ Dei filium autem eſſe ipſumq; Deum eſſe: inde habetur in parte: vbi in Bereſſit Raba Rabi Moſſe Hadarſan: taliter ſcri=

ptum eſt:ſuper illud quod dixit Judas fratri ſuo
Joſeph.Gen̄.44.d. Et diximus domino meo.
Eſt nobis pater ſenex ⁊ infans ſenectutū:hoc eſt
qđ ſcriptū eſt in Prouer.30.b.Quis aſcēdit celos
⁊ deſcēdit:Quis colligit ſpm̄ i palmis ſuis:Quis
ligauit aquas in panno:Quis conſtituit oēs ter
minos terre:Qđ nomē eius:⁊ ꝙ nomen filij ei9:
Si cognoſcis vel ſi ſcis:quis aſcēdit celos et de=
ſcendit:Deus ſanctus ⁊ bn̄dictus aſcendit i celū/
atq3 deſcēdit.ſicut dictuz eſt p̄s.lvi.d.Idē p̄s. cv.
b.Eleuare ſuper celos De9:⁊ ſup omnē terrā glo
ria tua/vel honor tuus:et ipſe colligit ſpm̄ in pal
mis ſuis.ſicut dictū eſt Job.20.c.In cuius manu
anima omnis viuētis:⁊ ſpūs omnis carnis homi
nis.Ipſe quoq3 ligauit aquas in panno.ſicut di=
ctum eſt Job.26.c.Ligans aquas in nubibus ſu=
is.Et ē iteꝝ dictū.Job.28.f.Et aquas ordināſ/
vel aptās i menſura:et ipſe ſtatuit omnes termi=
nos vel fines terre.ſicut dictum ē p̄s.ciij.b.Fun=
dauit terram ſup compoſitiones ſuas non commo=
uebitur in ſeculū/⁊ vltra.Qđ nomen eſt:et ꝙ no=
men filij ſui:ſi noſcis:Docet dicere ſcriptura. Pa
ter ſenex et infans ſenectutum.Et inde ē qđ ē ſcri
ptū ē poſtea Prouer.30.b.Omne dictū dei depu
ratum vel igne probatuz.⁊c.Hucvſq3 Medras.i.
glo.Nota ꝙ ſaluo maiorū noſtrorū iudicio Deus
pater ideo hic vocatur pater ſenex:q2 ita ſenex ē
ꝙ nunꝙ habuit pncipiū;nec habebit finē.Fili9
vero eius infās ſenectutū:q2 ab eterno de ipſo na
tus eſt:⁊ ineternum naſcet.Vel idē ē ſenectutū ꝙ
ſenectutis.Frequēter eni apud Hebreos ponitur
a liquorū nominū pluralis numer9 pro ſingulari.
⁊ econuerſo.Vn̄ Malach.1.c.Si pat ego vbi ho
nor me9:Et ſi Adonim.i.dn̄i ego/vbi timor me
us:Dixit dn̄s exercituū.Hoc q̄tū ad p̄mū.Qđtū
ad ſm vero dixit ⁊ venit locutus/⁊ baucus/et non
numerus:p̄s.ciiij.f. In iſta traditione habēt Ju=
dei id qđ Chriſtianis improperant.videlicet deū
patrem/⁊ eius filium:genitum vtiq3 nō aliunde:
ſed ex ſeipſo in ſenectute ſua:hoc ē in ſua eternita
te.¶ Ad hoc etiaz facit qđ legit Prouer.4.Quis
filius fui patri meo tener:et ſolus vel vnicus an=
te matrē meam.⁊c.Que auctoritas loquitur de fi
lio dei:qui legē dedit in Sinai:qui fuit ante ma=
trem ſua ſcđm diuinitatem ſuam.Qđ aūt ita ſit:
patet exp̄ſſe ex eo qđ ſcriptū ē in libro Barakot.
i.bn̄dictiones.i.Pereq.i.diſtinctione que incipit
Mai/Matai/Morin.b. Non ē Tob.i.bonū ni=
ſi lex.ſicut dictum eſt Prouer.4.a.Audite filij di
ſciplinam patris:⁊ attēdite ad cognoſcēdum pru
dentiam:q2 legem vel doctrinam/vel documen=
tum Tob.i.bonum dedi vobis/legem meā non
derelinquatis.Dixit Rabi filius Barhāna. Veni
⁊ vide quoniam non eſt mos vel modus dei ſan=
cti ⁊ benedicti:mos vel conſuetudo carnis ⁊ ſan=
guinis. Moris quippe carnis ⁊ ſanguinis eſt
cum eſt vendens aliqđ deſiderabile/vel preciosū:
ꝙ vendens triſtatur/⁊ recipiens letat.Sed De=
us ſanctus ⁊ benedictus dedit legem Iſraeli ⁊ le
tat9 eſt.ſicut dictum eſt Prouer.4.a.Legem vel
documentum enim bonum dedi vobis:legē me=
am non derelinquatis.Hucuſq3 in Talmud. No
tandum eſt autem ꝙ ex iſta traditione iſtud Jude
is pncipaliter videtur vtilitatis accreſcere:ꝙ ille
qui legem dedit eis per Moiſen:eſt Deus ſanct9
⁊ benedictus qui per Salomonem dicit hic. Au
dite filij diſciplinam patris.⁊c.vſq3 legem meaz
non derelinquatis:vt predictum eſt.¶ Qđ vero
imediate mox ſequitur.Quis filius fui pr̄i meo:
et alia que ſequuntur obiiciunt.Similesq3 in hoc
ſunt ruſtico:qui inuento et non agnito virtuoſiſſi
mo ⁊ precioſiſſimo lapidem:auree cantenelle col
ligatum abiecit modici valoris ſatis contentus
Proſequamur nos itaq3 textum:qui immediate
Prouerb.4.a. vt dictum eſt ſequitur: videlicet.
Quia filius fui patri meo tener:et ſolus vel vni=
cus ante matrem meam.Proſequamur ing̃ iſtuz
verſiculum a precedenti textu/et a traditione p̄=
miſſa ipſum nullatenus ſeparantes:ꝙ et prime di
ctio eius docet.Eſt enim prima dictio huius ver
ſus.Qi.i.quia:que apud eos:⁊ reditus eſt cauſe:
et quodāmodo ſequētia iungit precedētibus.Qđ
cū ſic fecerimus.i.cum iſtum Paſuq.i.verſū a p̄=
dictis non ſeparauerimus neceſſario ſequit circū
ſtantiis vniuerſis penſatis Deum ſanctum et bn̄=
dictū qui p Moiſen legē dedit Hebreis fuiſſe dei
patris filium vnicum ſine matre ab eterno.Et ſic
ante matrem ſuam que erat.ſ.ſm carnē ſumendā
poſt modum habiturus/qui teneruz etiam ſe di=
cit propter imēſam quā habet et ſemp habuit pie
tatem.¶ Profecto rurſus probabitur ꝙ auctori=
tas predicta q̄ dicit q2 filius fui patri meo.⁊c.dici
tur de filio dei.et nō de Salomone:p id qđ i Me
dras Tihillim.ſup p̄s.xx. Victori vel eternali.
Legitur p̄s. David.Domine in virtute tua letabi
tur rex:⁊ in ſaluatione tua quā vehemēter exulta
bit.Hoc eſt ac ſi dixerit ſcriptura.Iſa.ix.c.Et e=
rit in die illa radix Iſſai:qui erit ſtans ad ſignum
populorum.⁊c.Et ſubditur.Et dabit virtutez vł
fortitudinem regi ſuo:et exaltabit cornu Meſſie
ſui.Sequitur.Deſideriuz cordis eius tribuiſti ei:
⁊ prolationem vel ſententiam labiorum eius.
Quid eſt ⁊ ſententiam labiorum eius:Licētias ſi=
ue ſcientia que erit in labijs eius.Quia cum ipſe
decreuerit:verba ſua erunt permanentia.Sequi
tur.Quoniam preficies vel preuenies eum bene=
dictionibus bonitatis:vel quoniam preuenient
eum:vel preficient benedictiones bonitatis vel
boni.Rabi Jududa dixit.Benedictiones Moiſi
qui eſt vocatus Tob.i.bonus vł bonitas.ſicut di
ctū ē Exo.2.a.Et vidit eū Qi/Tob/Hu.i.q2 bo
nus ē.Rabanā.i.magiſtri dixerunt. Quoniaz p̄=
uenerunt regē Meſſiā bn̄dictiones legis vł p̄fici
es eum tu Deus bn̄dictionibus legis.ſicut dictuz
eſt Prouer.4.a.Qm̄ donū Tob.i.bonū dedi vo
bis:legem meam non derelinquatis.Quis filius
fui patri meo tener ⁊ vnicus ante matrem me=
am. Hec traditio. ¶ Sed cum predicta tra=
ditio eis opponitur/ que non de Salomone:ſed
de deo ſancto ⁊ benedicto/ac de Meſſia: hec

verba Salomonis exponit:cōtra quā mutire nō
audēt. Ad aliam falſitatē a facie premiſſe verita=
tis:refugiunt dicētes. Sicut poſt id qḋ ī perſona
dei dictū ē:videlicet. Legem meam nō dereliu=
quatis. Sequit. Quia filius fui patri meo.⁊c. Ita
poſt hunc paꝛuq.i.verſum:cōtinuo ſequitur. Et
ipſe docebit me:⁊ dicebat mihi. Suſcipiat verba
mea /cor tuū. Cuſtodi ꝓcepta mea /⁊ viue.⁊c.que
deo non cōgruūt. Videte igit quid reſpondebitis
ad iſtam cōſequētiam noſtram:q: illud idē erit a
nobis reſponſio:ad cōſequētiam noſtrā. ¶ Qui=
bus reſpondendū:ꝙ filius dei patris duplicē ha=
bet in Chriſto ſiue Meſſia naturā /diuinā.ſ.ꝫ hu
manā. Qḋ ⁊ predicta verba euidenter inſinuant.
Scḋm diuinā /filius fuit ab eterno deo patri ſuo:
⁊ ideo ante matrem ſuā:vt predictū eſt. Scḋꝫ hu
manam vero:fuit virgo beatiſſima mater ſua añ
ipſum:⁊ ſm vtrāqꝫ licet ſm humanā magis pro=
prie eſt ipſe caput Menecet /Izreel.i.eccleſie Iſ=
rael. Et q: ſpiritualiter corp⁹ eius. In Chriſto au
tē ⁊ per Chriſtū cōſtīcta ē eccleſie Iſrael:eccleſia
gentium. De iſto capite ⁊ corpore.habet Oſee.i.
g. Et cōgregabūtur filij Iuda /⁊ filij Iſrael ſimł:
⁊ ponent ſibi caput vnū:⁊ aſcēdēt de terra:q: ma
gnus dies Izreel. Glo. Ra. Se. Et ponent ſibi ca
put vnū Dauid.ſ.regem ſuūꝫ:q: magnus dies Iz=
reel:dies videlicet cōgregationis ſeminis eorū.
Hec Ra. Selomo. Hoc autem totū eſt impletum
qñ apoſtoli /⁊ alij diſcipuli:quoꝝ aliqui de tribu
Iuda:vt Iacobus /⁊ Iohēs /⁊ alius Iacobus /⁊
fratres ſui:⁊ alij de alijs tribub⁹ congregati ſunt
ſimul cum conuerſis ex gentib⁹:tā de decem tri=
bubus qui gentiles facti erant:ꝙ de alijs in vnaꝫ
fidem. Et poſuerunt ſibi caput vnūꝫ Dauid regē
ſuum.i. Meſſiam ſeu Chriſtuꝫ. Qḋ aūt Dauid po
natur pro Meſſia.habetur in prima hui⁹ libri pre
capitulo.13.vbi dicit. Siue Chriſtus ſit de viuis:
ſiue de mortuis:Dauid eſt nomē eius. Sequitur.
Et aſcenderūt de terra.i.de ſenſu ⁊ conuerſatio=
ne terrena:⁊ de humilitate litere ad intelligentiā
ſpiritualem q: magnus dies Izreel:ꝙ ſonat lati
ne. Seminabit Deus. Magnus vtiqꝫ fuit dies.i.
tempus non ſolum in duratione:ſꝫ etiam in mira
culis ⁊ multis alijs quo Deus ſeminauit Apoſto
los /⁊ alios Chriſti diſcipulos /et ſucceſſores eo=
rum predicatores quos ſeminat /vel ſeminabunt
vſqꝫ ad finem mundi. Sicqꝫ gentiles qui nō erāt
populus dei:facti ſunt populus dei:ſicut dictuꝫ ē
Oſee.2.g. Et ſeminabo eam mihi in terram ⁊ mi
ſerebor non miſerte:⁊ dicam nō populo meo po=
pulus meus es tu:⁊ ipſe dicet Deus meus. ¶ Itē
de ſupradicto capite:adhuc dicitur. Mich.2.g.
Et tranſibit rex eorum ante eos:⁊ Deus in capi=
te ipſorum. ¶ Qꝫ eni Meſſias ſit caput eccleſie
Iſrael. Legitur in libro ſanhedrin:in pereq /he
leq.b.vbi taliter ſcriptum eſt. In Bereſſit Raba
Rabi Moſſe hadarſan ſuper Geñ.49.vbi dicit:
Lauabit in vino veſtimētum ſuum. Quando vē=
niet Meſſias veſtit⁹ erit purpura pulcra viſu.⁊c.
Et ipſe erit caput Iſrael. Qḋ bene fulcitur cū eo

qḋ ſcriptum eſt:ad Philip.caplo.1.g. Ipſuꝫ dedit
caput ſuper omnem eccleſiam que eſt corpus ip=
ſius ⁊ plenitudo eius. ¶ Et nota ꝙ hoc qḋ dicit:
q: filius fui patri meo tener ⁊ ſolus /vel vnic⁹ an
te matrem meam:non poteſt verū eſſe de Salo=
mone. Ipſe quippe nec patri fuit ſolus. Multos
enim alios filios habuit Dauid.vt habetur in ter
tio.i. paralip. Nec mři fuit vnic⁹ /neqꝫ ſol⁹. Ha=
buit eni aliū ante ipſum:vt habet i.xij.ſcḋi Reg.
Nec fuit /nec eſſe potuit āte ipſā. Soli ergo Meſ
ſie iſtud neceſſe eſt conuenire. ¶ Dicēdū ē Amō:
qualiter iſte dei filius tener dicitur. Meſſias quip
pe a deo patre ſuo:tener dicitur eſſe:vbi in Eze=
chiele.17.g. Hoc modo loquit. Sic ait dñs De⁹.
Et aſſumā ego ſūmitatem cedri ſublimis:⁊ dabo
de capite virgultorū eius /teneꝝ carpaꝫ:⁊ plāta
bo ego ſuper montem altuꝫ /⁊ prominentē. Glo.
Rabi Selo. Et aſſumā ego ſūmitatem cedri re=
gē.ſ. Meſſiam tenerum carpam. Non eſt via ad ī
ferēdum /niſi de tenero qui eſt creſcēs /et congla
tinatus /et conſtrictus. Hec Rabi Se. ¶ Atten=
dat igitur tua prudētia lector ꝙ euidēter ſcḋꝫ iſta:
tangitur hic ⁊ teneritudo diuine pietatis:et ī trū
co humanitatis eiuſdem clemētie deitatis inſer=
tio /⁊ fructuoſa plātatio. Idem dicitur ī Targū.
Et aſſumam ego.⁊c. Et applicabo ego de regno
domus Dauid /ꝙ aſſimilatum eſt cedro excelſe /
et erigam illud.⁊c. Sequitur. Et erit in cedrū in=
clitam. Et habitabunt ſub ea omnis paſſer /⁊ om
ne alarū in vmbra ramorū eius commorabitur.
Idem in Targū. Et erit ad regem robuſtū /et re
cumbent ſuper eum omnes iuſti /⁊ omnes humi
les in vmbra regni eius requieſcent. ¶ Et eſt no
tandum ꝙ ea que dicta ſunt de ſcripturis Hebrai
cis /⁊ de textu:de pře /et filio /⁊ deo miſſo /q̇ legē
dedit in Sinai optime fulciuntur euangelica ve
ritate. Io.16.g. Exiui a patre meo ⁊ veni in mū=
dum. Itē Io.14.b. Qui videt me videt ⁊ patreꝫ.
Et infra.g. Quia ego in patre /et pater in me eſt.
De miſſione habetur Io.xv.a. Ego patris mei ꝓ
cepta ſeruaui. Itē Io.14.b. Sermonē quē audi=
ſtis non eſt meus /ſed ei⁹ qui miſit me patris. Ad
huc caplo.16.a. Vado ad eū qui miſit me. ¶ Ha=
bemus itaqꝫ ſiue Iudeis libeat /ſiue non /ſcriptu
raꝝ teſtimonio mediāte deū patrē ⁊ filiū eſſe Nihil
omin⁹ tñ nře matie itērio refulcit /p id qḋ dictum
ē. Dañ.3.e. Reſpōdit Nabuchodonoſor.ſ. ⁊ dixit.
Ecce ego vidēs viros q̄tuor ſolutos ambulātes ī
medio ignis /et corruptio nō ē ī eis.⁊ ſpēs vł for=
ma q̄rti ſilis filio dei. ¶ Ex eo nāqꝫ ꝙ ī ps.2.ī p=
ſona Meſſie ſcriptū ē. De⁹ dixit ad me fili⁹ meus
es tu ego hodie gēui te:Oñdit euidēt ꝙ Meſſias
ſeu Xp̄s.de quo nulli ē dubiū qui ⁊ matrē habere
⁊ hō eē debuerit /erat fili⁹ deo při ſuo añ matreꝫ
ſuā. Alioqn neq̄ꝙ ātiq̄t⁹ debuit ſibi dicere filius
me⁹ es tu /ego hodie genui te. Quia ſic videretur
totalr hec gñatio ꝑtijſſe et deſijſſe. Nec dixit / ho
die gigno te /q: ſic videret nouit icepiſſe. Couent
enti⁹ ḡ dixit hodie genui te /vt daret itelligi p ho
die gñonē illā nūq̄ꝙ ꝑtijſſe nec dſijſſe ⁊ p genui nō

ꝙ cepiſſe/nec recẽt ichoaſſe. ¶ Et hoc ẽ qḋ dicit Auguſtinus in pricipio primi de libero arbitrio. Deus ex nihilo creauit omnia. de ſe autẽ nõ creauit:ſed ab eterno genuit:ꝙ ſibi par eſſet. quẽ filium dei vnicum dicimus. quẽ cũ planiꝰ annũciare conamur: dei virtutẽ ⁊ dei ſapiẽtiã noiamꝰ:ꝑ quã fecit oĩa que de nihilo facta ſunt. Itẽ Aug. de verbis dñi. Nõ aliꝰ ꝙ Apl̃s i medio ꝓuocãdus eſt. Qui prouidẽs aliquoꝝ maliciã/exẽplis rex viſibilium: inuiſibilem/⁊ ienarrabilẽ ⁊/icõphẽſibilẽ rem ingꝰtũ potuit vel res ipſa ꝑmiſit: explanare conatꝰ e. Scribẽs eni ad Hebreos de filio dei: q̃ eſt inquit ſplendor glorie/⁊ figura ſubſtãtie eius. Splẽdorẽ nõ dicimꝰ (niſi fallor) niſi aut ſol'/ aut lune/aut alicuius creati luminis. Quid ergo eſt? Nunquid tam inſanimus: vt aplm putemus illaz ineſtimabilem diuinitatis ſpeciez: ſoli aut lune/aut igni aſſimulaſſe? Abſit. Sed vt exemplo illo i telligamus: ꝙ ſicut ſplẽdor ⁊ ſubſtãtia ſolis naſcitur. Ita ⁊ filius genitus eſt ex ſubſtãtia patris. Et ſicut non eſt ignis/aut ſol prior ſplendore ſuo: licet ex illo naſcatur. Sed ex quo ſol aut ignis proceſſit ſplẽdor eius appuit ſiml' cũ eo/dici põt ſplẽdor ſole vel igni poſterior. Cũ tamẽ vt dixi ex ipſo naſcat: cur hoc a creatore fieri poſſe deſperes? Cum in creaturis aliquid inuenitur qḋ ⁊ naſcit/⁊ poſterior nõ ſit genitore ſuo: Accipe igitur huius rei aliam ſimilitudinẽ. ſicut ſplendor ex ſole natꝰ replet orbẽ terrarum: ⁊ tamẽ a genitore ſuo non abſciditur: ⁊ ab inde nõ recedit. Ita ⁊ filius a patre genitus vbiqꝫ dũ ſit in patre ſemper manet. Et ſicut ſpecialiter ſplẽdor in ſole eſt: ita ſubſtantialiter pater in filio/⁊ filius in patre eſt. Hec Auguſt. Beatus etiã Iſidorꝰ i libro contra Iudeos dicit. Chriſtus ex patre ita emicuit: vt ſplendor a lumine: vt verbũ ab ore: vel vt ſapiẽtia ex corde. Et ſciẽdũ ꝙ auctoritates noui teſtamẽti/⁊ dicta ſanctorum noſtrorũ i iſto libello non poſuimus: vt Iudei per eas vicantur. Sed vt cõueniẽtia noui teſtamẽti/⁊ veteris videatur. ¶ Alia adhuc q̃ qꝫ auctoritas in ꝑs.88.d. q̃ docet Meſſiam eẽ filiũ dei. Deus eni ibi de ipſo loquẽs: iducitur iſto modo. Ipſe vocabit me pater meus es tu. Deus meus/⁊ rupes/vel fortitudo ſalutis mee. Ego q̃qꝫ primogenitum/vel primo filium/vel filiũ, maiorem dabo eũ: altiſſimũ regibus terre. Nec põt i ficiari Iudaica prauitas iſtud intelligendũ nõ fore de Chriſto. Sicut quippe eſt i glo. ſup Ele Semot. i. ſuper Exo. xiij. Sanctifica mihi omne primogenitũ/vel prio natũ. Rabi Natan eſt dicens. Dixit Deus ſanctus ⁊ benedictus Moiſi. Quẽadmodum feci Jacob Becor. i. primogenitum vel primo natuꝫ: vel filiũ maiorẽ. ſicut dictũ eſt Exo. iiij. e. Filius meus primogenitus meus Iſrael. Ita ego faciẽs regẽ Meſſiam primogenitum/ſicut dictum eſt ꝑs.88.d. Ego primogenituꝫ vel filium maiorẽ dabo eum. ⁊c. Nota ꝙ finis huiꝰ gloſe debet nobis ſufficere ꝑ quẽ probat de Meſſia intelligẽdum eſſe. Ipſe inuocabit me pater meus es tu. ⁊c. ¶ Iterũ quoqꝫ notandũ: ꝙ Becor. i. primogenitꝰ: nullã habet apḋ Hebreos relationẽ ad aliũ: ſed ẽ nomẽ ipoſitũ illi: añq̃ nullꝰ de illo patre/vel de illa matre ẽ natus. Meſſias itaqꝫ ⁊ ſi i aliquo futurus erat priogenitꝰ: vt Jacob ſm carnẽ: iam erat Becor. i. añq̃ nullus natus priuſq̃ eſſet hoibus datus ſm diuinitatẽ: quã i ipſo eſſe/et in ipſum deũ eſſe: vt iam probatũ eſt: ⁊ adhuc ꝓbabitur neceſſe eſt. Qḋ bñ oñditur ipſũ. ſ. fuiſſe primogenitum/vel anteq̃ nullus natꝰ: añq̃ eſſet datus a deo cũ dicit. Ego primogenitũ vel maiorẽ filiũ dabo eũ. ¶ In Medras quoqꝫ Tihillim in ꝑs.2. vbi dicit. Narrabo ꝓceptũ vel ſcripturam. Dñs dixit ad mẽ filiꝰ meꝰ es tu/ego hodie genui te. ⁊c. Narrabo ꝓceptũ vel ſcripturã. Narrate ſũt materie regis Meſſie/⁊ myſteria eius i ſcriptura legis/⁊ ſcriptura prophetarũ/⁊ agiographoꝝ. In ſcriptura legis. ſicut dictum ẽ Exo.4.a. Filiꝰ meus priogenitꝰ meꝰ/vel filiꝰ maior meus Iſrael. i. princeps Deꝰ/vel pricipal cũ deo. Et ſubditur. Et ſic eſt ipſe dicẽs: i ꝑs.2. Ego hodie genui te. Huc vſqꝫ Medras. ¶ Et nota ꝙ ſicut exponit i traditione ſupra. Filius meꝰ primogenitꝰ meꝰ Iſrael Exo.4.e. de Jacob Ita i traditiõe iſta: exponit de Meſſia. ¶ De ꝑs aũt ſcḋo. Quare fremuerũt gẽtes. ⁊c. Dixit Rabi Selomo. Magiſtri nři expoſuerũt ipſũ ſub rege Meſſia. Legit in fine predicti ꝑs.2. vt habet in Hebraico. Naſſequ/Bar. oſculamini filiũ Nec iraſcat: ⁊ ꝑdatis viã: qm̃ vel qꝛ exardeſcet/quaſi modicũ ira eius. Bti oẽs ſperãtes in eo. ¶ Ad iſtud oſculũ ſuſcipiendũ ab ore filij dei monebat David iudices terre: vt oſtẽdit a Rabi Abraham/Auen/Azara: q̃ iſtud exponendo dicit. Naſſequbar. i. oſculamini filiũ. Ecce ſeruite dño cõtra id qḋ ſupradixit aduerſus dñz. Et oſculamini bar. i. filiũ contra id qḋ dixerat. ſ. aduerſus Chriſtum/vel Meſſiam. Expoſitio vero huius dictionis Bar; eſt talis/qualis eius q̃ eſt in Prouer.31.a. Ma. i. qḋ vel q̃tus/vel qualis ẽ Beri. i. filiꝰ meꝰ. Au/Ma/⁊ qḋ Bar/filius Btini vteri mei. Et ſic eſt ſcriptum in hoc eodez ꝑs. Filius meus es tu. Hec Rabi Abraham. ¶ In Medras Tihillim ſuper ꝑs.2. vbi dicit. Naſſequ. i. oſculamini Bar filium: hoc eſt/ac dixiſſet ſcriptura, ꝑs.84. Miſericordia ⁊ veritas obuiauerũt/iuſtitia ⁊ pax oſculate ſũt. ⁊c. Dixit Rabi. Simile eſt hoc regi qui iratus fuit filijs ciuitatis. Iuerunt itaqꝫ filij ciuitatis ⁊ ſupplicauerunt filio regis: vt placaret regem. Iuit filius/⁊ placauit patrem ſuum. Cumqꝫ fuiſſet placatus propter filium: iuerunt filij ciuitatis ad dicẽdum grãs regi. Dixit eis rex. Mihi dicitis gratias? Ite ⁊ dicite gratias filio meo. Nam niſi ipſe fuiſſet: iam deſtruxiſſem ciuitatem. Et hoc eſt qḋ dictum eſt in ꝑs.2.g. Naſſequ Bar. i. oſculamini filium. Huculqꝫ traditio. Et ſcito ꝙ Bar quandoqꝫ frumẽtũ ſignificat qñqꝫ diſciplinam: quandoqꝫ filium: ⁊ vt hic. Qḋ eni ſequitur ne iraſcatur. ⁊c. nec diſcipline cõuenit/nec frumento. ¶ Oſculum quoqꝫ quo antiquorum eccleſia ſiue ſchola oſculari poſcebat: erat eruditio: atqꝫ doctrina ex proprio filij dei ore: qui dedit eis

Pſal. 2.

legem per manum Moiſi: vt iam probatum eſt.
Oſculetur me ipſe filius dei. ſ. oſculo oris ſui. i. ip
ſe me ore proprio inſtruat ⁊ erudiat / ⁊ oris mei ta
ctum. Cū eū de via ſalutis interrogauero / nō cō=
tendat. Nō iam mittat Moiſen qui liguam habe
at impeditam. Exo. iiij. Nō Iſaiam qui pollutis
labijs ſe dicebat. Iſa. vj. c. Nō Hieremiam q̄ loq̄
neſciebat: q2 puer erat. Hiere. p̄io. Sed ipſe filiꝰ
qui eſt dei patris v̄tꝰ / ⁊ ſapiētia veniat / ⁊ ore ſuo
me doceat. Qḋ tūc quidem impletum eſt: quādo
Meſſias noſter apiens os ſuum docebat diſcipu
los ſuos dicēs. Bti paupes. ⁊c. Math. v. ¶ Ad h̄
etiam facit qḋ legitur in Eka Rabeti. i. in glo. ſu=
per plāctū Hieř. Tren. i. e. vbi dicitur. Quia elō=
gatus eſt a me cōſolator: cōuerſor anime mee. ꝙ
ē nom̄ Meſſie. Rabi Abba dixit. Iod / He / Uau /
He. i. dominus Deꝰ ē nomē eius. ⁊c. Et ſubditur.
De domo Rabi: Innon eſt nomē eius. ſicut dictū
eſt p̄s. 71. Ante ſolem Innon nomē eius. Hucuſ=
qꝫ traditio. Nota ꝙ Innon latine dicitur filiatꝰ:
⁊ ſcḋm aliquos filiabit. Qḋ āte ſolem eſt nomen
Meſſie ꝑ id qḋ ſuperius ſcriptū eſt. Nam Nin fi=
lius dicitur i Hebreo: ⁊ inde deriuatur hoc nomē
Innon: qḋ eſt nomē Meſſie. i. filiatꝰ. ¶ Ea quo=
qꝫ que dicta ſunt de trinitate ⁊ filio dei ſūt mētis
appoſitione digniſſima. Nā per ea ſapientes Iu
deorum vincuntur reſiſtere nō valent: ⁊ tandē ve
lut coacti ſepius trinitatem ⁊ vnitatem concedūt
in eſſentia maieſtatis diuine. Tamen eorum im
pietas patrem ⁊ filium omnino nō cōcedunt. Sꝫ
forte diuina prouidētia corda eorum indurat: nec
nō ⁊ eorum inſanas mentes obſcurat: vt i teſtio=
nium remaneāt Chriſtianis. Nam ex hoc etiam
nr̄e fidei veritas roboratur: vel forte infidelitas
eorum reſeruatur: vt omnes maledictiōes de eis
dictas a prophetis per ſpiritum ſanctum: totalit̄
dicēs. Gher z habitator ego vobiſcum. Dauid ſi=
militˀ vocauit ſeipſū Gher. ps.38.g. Qm̄ Gher ſū
ego tecum. Hoc aūt vt impleatur qd̄ dictū ē Iſa.
lij.f. Dominus voluit propter iuſtitiam ſuam ma
gnificare legem: z nobilitare vel extollere. Ipſe
autem populus predatus z direptus. Et ſicut eo
ru inuenies quatuor ſpēs ſiue partes Gegherim
i. aduenarum / vel conuerſorum reſpōdentium / et
dicētium coram eo / qui dixit z factus eſt mundus.
Iſa.44.b. Iſte dicet domino ſu3 ego: totus erit
domino. Et non miſcebitur in eo peccatū. Et iſte
vocabit in nomine Jacob. Iſti erunt aduene / vl'
conuerſi iuſtitie. Et iſte ſcribet manum ſua3 dn̄o.
Iſti erunt viri penitētie. Et in nomine Iſrael p=
nominabitur. Iſti erūt timētes celū. i. deum. Huc
vſq3 traditio. Item alia expoſitio eiuſdē. Iſte di
cet domino ſum ego. Glo. Ra. Se. Iſti erunt iuſti
perfecti. Et iſte vocabit in nomine Jacob. Hij e=
runt paruuli filij impiorū. Et hic ſcribet manū ſu
am dn̄o. Iſti ſunt penitētes. Et in nomine Iſrael
pnominabitur. Iſti ſunt Hagherim. i. ipſi adue=
ne / vel conuerſi de gentibꝰ. Sic eſt ſcriptura hec
expoſita i libro Abot. Rabi Natan. Hec Ra. Se.
¶ Predictis quoq3 traditionibus optime ſubiū
gitur qd̄ ſcriptum eſt apud eos in Ua / Elle / Se=
mot / Baba. Exo.xij.f. Iſta eſt lex paſche. Et h̄ ē
qd̄ ſcriptum eſt. Iſa.lvj.b. Non dicat filius alieni
applicatus ad dn̄3 dicēdo. Separatione ſepabit
me dn̄s deſuper pplo ſuo. Dixit Jiob. i. Job.31.
f. Extra nō hoſpitabitur Gher. i. aduena / vel cō=
uerſus a deo ſancto z bn̄dicto. Quāobrem? Quia
nō eſt Deus ſanctus z benedictus excludēs crea=
turam: ſed oēs recipit / porte eiꝰ aperte ſunt om=
ni hora. Et quicumq3 vult itrare z cōgregari: cō=
gregatur. Propter boc dictum eſt Job.31.f. Ex=
tra nō hoſpitabit Gher. ſicut dictū eſt. Et Gher
qui in portis tuis. Et Job eſt dicēs.31.f. in perſo=
na dei tolerantis pro creaturis ſuis. Hoſtiū meū
viatori aperiam. Dixit Rabi Barakia: in perſona
cuius dixit Job. Extra non hoſpitabitur Gher.
Sed hoc proculdubio dixit. Quia futurum eſt
ꝙ Gherim. i. conuerſi de gentibus ſint Cohanin
.i. ſacerdotes miniſtrantes: ſicut dictum eſt. Iſa.
14.a. Et applicabitur Hagher. i. ipſe aduena / vl'
conuerſus ſuper eis. Et congregabuntur ſuper
domum Jacob. Non ē autem z congregabuntur
niſi ſacerdotium: ſicut dictum ē. i. Reg.2.g. Con=
grega queſo me ad vnam ſacerdotaliū. Futuru3
quippe ē: vt ſint comedētes de pane Happanim.
i. facierum. Et ita queſiuit Aquilꝰ Hagher. i. pro
ſelitus vel conuerſus a magiſtris dicēs. Quid eſt
qd̄ dictum ē Deuto.x.f. Et diligēs Gher. i. proſeli
tum ad dādu3 ei panem z veſtimētum. Ecce tota
confidentia vel promiſſio quā confidere facit deꝰ
Hagher. i. ipſum conuerſum: vel proſelitum / vel
aduenam: ad dādum ei panē z veſtimētum. Dixe
runt ei. Jacob cuius nomen eſt Iſrael / ſic peti=
uit a deo. Gen̄.28.d. Et dederit mihi panē ad co
medendum z veſtimētum ad induendu3. Et tibi
qui veniſti ad nos nō ſufficit vt ſis ſicut nos? Suf
ficiat tibi vt ſis ſicut Jacob primogenitus dei. Fi=
naliter autem non aſcēdat cōſciētiam tuam: ꝙ Ja
cob panē z veſtimētū tātūmodo poſtulauerit: im
mo dixit Jacob / confidere me fecit Deus ꝙ ipſe
erit mecum: z ſtare faciet ad me ſeculu3. Sequit.
Et hoc eſt qd̄ ſcriptu3 eſt. Job.31.f. Foras nō ho=
ſpitabitur Gher. Et Iſa.lvi.b. Nō dicat filiꝰ alie=
ni applicatus ad dn̄m dicēdo. Sepatione ſepara
uit me dn̄s deſuper pplo ſuo: hoc eſt qd̄ ſcriptū
eſt: zach.2. Decāta vel lauda z letare filia Sion:
q2 ecce ego veniēs / et habitabo in medio tui di=
cit dn̄s: z applicabuntur gentes multe ad domi=
num in die illo: z erūt mihi ad populu3. Hucvſq3
traditio. ¶ Circa qua3 materiam: etiam facit id
qd̄ dicit beatus Iſidorus in libro cōtra Judeos.
Qꝫ ex ſemine inquit Abrahe futurus eſt Chriſtꝰ.
His verbis Abrahe primū a deo facta eſt pmiſ=
ſio. Gen̄.22.g. Per memetipſum iuraui dicit do=
minus. zc. Et bn̄dicētur in ſemine tuo omnes gē
tes terre. i. in Chriſto. De quo ps. ait. Ante ſolem
permanet nomen eius. Et bn̄dicent in ipſo om̄s
gentes. ¶ Predictis addendū ē qd̄ legitur zach.
2.f. Et applicabūt gētes vel gētiles multi ad do
minū in die illa: z erūt mihi ad populū. Idem in
Targū. Et addēt ſe / vel applicabūt ſe ppli mul
tiˀ ad populum dn̄i in tēpore illo: z erunt corā me
ad populu3. ¶ Deniq3 quoq3 nolo latere ꝙ ex h̄
qd̄ dictu3 ē a deo gētibus / in ſupradictis: zach. v=
bis. Erunt mihi ad populū dicit iudaica falſitas.
Qꝫ erunt quidem gētes deo non ad ſaluandum:
ſed ad populum iudaicum ſeruiendum. Quoru3
falſitas facile eliditur / ac valēter: per id qd̄ i Le=
uit.26.c. taliter ſcriptum eſt. Et deambulabo in
medio veſtri: z ero vobis ad deū: z vos eritis mi
hi ad populū. Si eni hec ſm̄ Judeorum falſitatē
ſumāt. Deus ſuus erit eis ad aliū deū: z ipi erunt
ei populus ad aliū populum: ꝙ de deo ſentire ni
mis impium eſt. Iſtud z ea q̄ dicta ſunt ſuperius
z dicētur inferius de diuina pagina: z Targum z
eorū Talmud ꝓhibēt eos eſſe falſiloqs. ¶ Uerū
i Maççehta: Biqurim. i. primitiarū. Caldauerſūt
vl' tradiderūt in nomine Rabi Juda. Gher. i. ad=
uena. i. cōuerſus qui de gētilitate venit ad fidem:
ipſemet eſt apportās primitias. ſ. z dicens / vl' le=
gēs illud Deuto.26.b. Pronūcio hodie dn̄o deo
tuo: qd̄ intraui terram quā iurauit dn̄s patribus
noſtris. Que eſt huius rei probatio? Nō erit vltra
nomē tuum Abram: ſed erit nomen tuum Abra=
ham: q2 patrem multitudinis gentium dedi te.
Gen̄.17.a. In principio fuit pater Aram: z ideo
vocatus ē Abrā. Finaliter vero pater totiꝰ ſecu
li: z nomen eiꝰ fuit Abraham. Hucuſq3 traditio.
¶ Dixit Rabi Rahmon: ſuper illud qd̄ ſcriptū ē
Hiere.31.e. Et ſemiabo domū Iſrl' z domū Juda:
ſeine Adā: z ſeine beſtie. Seine Adā hij ſūt Iſrl'

ſicut dictum eſt, Ezech.34.g. Et vos oues mee / ⁊ oues paſcue mee. Adam eſtis vos. Et de ipſis eſt Deus ſanctus ⁊ benedictus dicēs Iſa.lxv.c. Et educam de Jacob ſemen. Et poſtea. Et ſeminabo eam mihi in terram: ⁊ miſerebor non miſertem: ⁊ dicā non populo meo: populus meus tu: ⁊ ipſe dicet Deus meus. Oſee.2.g. Ex autem ſequitur. Et ſemen beſtie. Iſti ſunt conuerſi gentium: de quibus dicitur Ione vlti.g. Et beſtia multa. Et Iob.18.a. Dixit Baldad ſuites. Quare reputati ſumus ſicut beſtia? Et ſup eis ipſe eſt dicens: zach.2.f. Cāta ⁊ letare filia Sion: q2 ecce ego venieris: et habitabo ī medio tui ait dñs. Et applicabuntur gentiles multi ad dominum in die illo: ⁊ erunt mihi ad populum. ⁊c. Super Iſrael autē ⁊ ſuper gētes ſeculi: loquitur ſcriptura zach.8.d. Qm̄ ante dies illos. vult dicere ante dies Meſſie merces Adam non erat: ⁊ merces beſtie nō erat. Et egredienti / ⁊ ingredienti / vel veniēti nō erat pax a tribulatione / vel a tribulante. Sed in diebus Meſſie pax erit longinquo ⁊ ꝓpinquo: ſicut dictū eſt Iſa.57.g. Creans fructum labiorū: pacem pacē: longinquo ⁊ propinquo: ait dominus: ⁊ ſanaui eum. Et ſup ipſo ē ſcriptura dicēs. zach. 9.c. Et loquetur pacē gentibus. In illa hora pax erit egredienti de hoc ſeculo per viā penitentie: ⁊ venienti / vel itranti ante deū ſanctū ⁊ bñdictū. cum operibus bonis ⁊ retributoribus pietatum. ſicut dictū eſt Prouer.14.g. Iuſtitia eleuat Goi. i. gentilem / vel gentem: ⁊ pietas erit gentib⁹ Hatat. i. pro peccato. ¶ Iuſtitia eleuat Goi.⁊c. Prouer.14.g. Gloſa Rabi Abraham / Ben / Azara. Iuſtitia ꝙ gentes ſunt faciētes / ac pietas ꝙ ſunt retribuentes: eſt eis loco ſacrificij ⁊ pro peccato: ⁊ pcitur eis. ¶ Applicandum eſt predictis id qḋ ſcriptum eſt in Medras Tihillim ſup ps.86. vbi dicitur. Memorabor Raab / et Babilone ſcientibus vel cognoſcētibus me. Dixit Rabi Ioce. Future ſūt gentes ſeculi adducere mūera regi Meſſie. Sequitur. Dominus computabit vel ſcribet i ſcriptura populos. Ex illis populis qui adducēt Iſrael. Deus ſāctus ⁊ benedictus: ſcribet eos cū Iſrael. Sequitur. Iſte natus eſt ibi. Tales erūt / ac ſi nati fuerint in illa hora. Et hoc eſt. Iſte nat⁹ eſt ibi iugiter: ps.86. Nota ꝙ populi pluraliter ī toto veteri teſtamēto: nūꝙ̄ intelligit̄ niſi de gētibus apud Iudeos / vel de illis q̄ non ſunt Iudei. ¶ Item applicandum eſt id qḋ legitur Hiere.33.e. Adhuc tranſibunt oues per manus numerātis dixit dominus. Idem Ionatas in ſuo Targum. Adhuc tranſibūt populi ad cultum Meſſie dixit dominus. ¶ Ad hanc materiam iterū pertinet qḋ ſcriptum eſt in libro Ioma: in Pereq. i. diſtinctione que īcipit Iom / Haqipurim. i. dies propiciationum.g.⁊c. Rabi Eliezer dicebat. Magna ē penitentia. Nam propter vnicū qui facturus eſt penitentiam: erunt abſoluentes totum mundū: ſicut dictum eſt Oſee vlt.e. Sanabo vel medicabo peruerſitatem / vel cōuerſionem eorum. Diligam eos ſponte: q2 reuerſus eſt furor meus mimmenno. i. propter eū. ¶ Nota ꝙ iſte mod⁹ loquēdi pluraliter inuenitur de deo ſepius ī Talmud. Quapropter oſtenditur ꝙ Iudei antiqui pluralitatem perſonarū credebant. ¶ Iſa quoq3.60. a. dicit. Surge illuminare Hieruſalē: q2 venit lumen tuum: et gloria domini ſup te orta eſt / vel illuxit. Quia ecce tenebre operiet terrā: et caligo populos / et ſup te oriet̄ / vel illuceſcet dñs: ⁊ glīa eius ſup te apparebit. Et ibunt gentes ad lumen tuum.⁊c. Idem in Targū. Surge illumiare Hieruſalem: q2 appropinquauit tēp⁹ ſaluationis tue: ⁊ honor dei ſuper te reuelabit ſe. Quia ecce tenebra opiet terrā: ⁊ caligo regna. Et in te deſcēdet diuinitas dñi: et honor eius ſuper te reuelabit̄: et ibunt gentes ad lumē tuū: ⁊ reges ad ſuſcipiēdū ſplendorē tuū. Hec Targū. ¶ Et ꝙ hec dicta fuerint de Meſſia. Inde habetur ibi: vbi in Bereſſit Raba Rabi Moſſe Hadarſan: ſuper illud qḋ ī Geneſ.25.b. hoc modo ſcriptū eſt. Et emiſit eos de ſup Iſaac filio ſuo cum adhuc viueret. orientaliter ad terram oriētis: hoc ē qḋ ſcriptū ē. Iob.vi d. Reſpicite ſemitas Themā: itinera Sabba: expectate eū vel eos. Nō eſt Sabba: niſi filij Abrahe. ſicut dictum eſt Geñ.25.a. Et Iaqſan genuit Sabba ⁊ Dedan. Cumq3 magnificatus eſſet Salomon in regno ſuo dixerūt. Forſitan iſte ē Meſſias. Statimq3 venerunt ad eum: ſicut dictum ē. 3.Reg.x.a. Et regina Sabba audita fama Salomonis ad nomē dñi venit ad temptandū eum in enigmatib⁹. Nō legas regina Sabba: ſed regnū Sabba. Et quid eſt dictu in nomīe dñi? Prophete fuerunt eis: qui prophetabant eis in nomīe domini dei ſui verba que fuerunt eis tradita: ⁊ q̄ venerant ſucceſſiue ad manus eorū ex Abrahā. Et vnde habet̄ qḋ vēturi forēt ad dies Meſſie: ⁊ ſeruituri ei: ſicut dictū ē Iſa.60.b. Multitudo camelorum operiet te: dromedarij / Madian et Efa. Omnes ipſi de Sabba veniēt: aurū ⁊ thus deferent: et laudes Ihouah. i. dñi dei nunciabunt. Hic eſt rex quippe Meſſias. ſicut dictū ē Hiere. 23.b. et.33. Et hoc ē nomē quo vocabūt eū. Iod: He / Vau / He. i. dominus Deus iuſtus noſter. Et ſic ē Iſa. dicēs. lx.b. Et ſuper te orietur / vel illuceſcet / vel fulgebit. Iod / He / Vau / He / ⁊ gloria eius ſuper te videbitur / vl̄ apparebit. Et ibūt gētes ad lumē tuum. ⁊ reges ad ſplēdorē ortus tui / vel illuſtrationes tue. Hucuſq3 traditio. ¶ Quinq3 pcipue ſunt in iſta traditione notāda. ¶ Primo: id qḋ dicit regina Sabba audita fama Salomonis ad nomē domini venit ad temptandum eum in enigmatibus. Et aſſignat cauſam. Quia cum magnificatus eēt Salomon in regno ſuo / dixerunt. Forſitan iſte ē Meſſias. Sequitur. Non legas regina Sabba: ſed regnum Sabba. Iudei vero ſepius nobis opponunt: ꝙ nō omnes illi de Sabba venerunt ad adorandum Chriſtum euangelio atteſtante. Sed pauci cum Iſa.lx.b. dicat. Omnes ipſi de Sabba venient: aurū ⁊ thus deferent. Et per iſtud volunt concludere ꝙ Chriſtus noſter non ſit Meſſias. Sed iuxta traditio-

nem predictam eorum de Talmud optime con-
uincũtur: vbi dicitur. Nõ legas regina Sabba: ſʒ
regnum Sabba. Rex quippe oẽs illos de regno
repreſentat. Et ideo rex oẽs de regno põt vera-
citer nũcupari. Cũ iam ſuperius in prima parte
capitulo. 4. ꝗ. ij. Ad ea: ſit probatuʒ ꝙ raro in di-
uina pagina ponitur oẽs ꝓ oĩbus. ¶ Scḋo ꝙ ex
ponit ꝙ vẽturi forẽt illi de Sabba ad dies Meſ
ſie ſeruire ei. Et hoc oſtendit ꝑ auctoritatẽ quam
ibi idducit Iſa. lx. b. ſcʒ Multitudo camelorũ ope
riet te. Aurũ ꝛ thus deferẽt ¶ Tertio qḋ dicit ꝙ
illi de Sabba fuerunt filij Abrahe / aſſignando
ibi auctoritates: et ꝙ fuit q̇ prophetauit eis ĩ no-
mine dei ſui verba q̃ fuerũt eis tradita: ꝛ q̃ vene-
rũt ſucceſſiue ad man⁹ eorũ ex Abrahã. ¶ Quar
to: id qḋ ibi ſubditur. Hic ẽ rex Meſſias: ſicut di-
ctum eſt Hiere. xxiii. b. ꝛ. xxxiii. Et hoc eſt nomẽ
qḋ vocabũt eum Iod / He / Uau / He. i. Deus iuſt⁹
noſter. De quo frequenter dictum eſt in preceden
tibus capitulis de dignitate ipſius nominis: qḋ
eſt vnicũ deo ꝛ ipſi ſoli appropriato. Oſtendẽs
ſubſtantiam creatoris: ita ꝙ nõ cõicat cũ eo ali-
qua creaturarũ ¶ Quinto: ꝙ Gentiles ibunt ad
lumen iſtius Meſſie qui vocatur Iod / He / Uau /
He. i. dñs Deus. ꝛc. Qḋ bene ꝯuenit cũ eo qḋ le-
gitur Io. i. d. Erat lux vera q̃ illuminat omnem
hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Et eo ꝙ canit
eccleſia im ſimbolo ſuo. Lumen de lumine: deuʒ
verũ de deo vero. ¶ Qḋ Meſſias adorãd⁹ erat
habetur ꝑs. lxj. vbi legiẗ. Reges tarſis ꝛ inſularũ
munus reddent. Reges Sabba ꝛ Ceba exẽnium
offerent. ꝛc. Subditur. Et viuet et dabiẗ ei de au
ro Sabba: ꝛ orabunt ipſum iugiter / tota die be-
nedicẽt eũ. Hoc enim ſoli dño noſtro Ieſu Chri-
ſto manifeſtum eſt cõuenire: quẽ tota die benedi-
cunt Chriſtiani dicẽtes. Benedictus ſit dñs no-
ſter Ieſus Chriſtus. Et orantes deum in fine om
niũ pene orationũ dicũt. Per dñm noſtrũ Ieſuʒ
Chriſtum. Et cui reges a ſtella perducti: munera
obtulerunt adorantes. ¶ Qḋ aũt de Meſſia in-
telligant ea q̃ ſuperius dicta ſunt. ꝑs. 61. Legiẗ i
Bereſſit. i. ſup Geñ. 33. vbi dicitur. Et cõpulit eũ
et recepit. Dixit magiſter noſter. Oia munera il
la q̃ dedit pater noſter Iacob Eſau: futurũ eſt vt
gentes ſeculi reſtituãt regi Meſſie: vnde ꝓbatur
hoc. Ex eo ꝙ ſcriptuʒ eſt in ꝑs. 71. Reges tarſis
et inſularũ minha. i. mun⁹ adducẽt. Nõ ita eſt ſcri
ptũ: ſʒ mun⁹ reddẽt. ¶ Qḋ aũt premiſſa fuerint ĩ
domino noſtro Ieſu Chriſto cõpleta. Inde oſtẽ-
ditur: vbi in ſcḋo Mat. taliter ſcriptum eſt. Cum
ergo natus eſſet Ieſus in Betlehẽ Iude in die-
bus Herodis regis: ecce magi ab oriẽte venerũt
Hieroſolymã dicentes. Ubi eſt qui natus eſt rex
Iudeorum? Uidimus enim ſtellam eius: in oriẽ-
te: ꝛ venimus adorare eũ. ꝛc. Et ſubditur. Et in
trantes domũ inuenerũt puerũ cũ Maria matre
eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et obtu
lerũt ei munera. aurũ / thus / ꝛ mirrã. Nota ꝙ vbi
dicitur in euangelio Mat. ij. Et tu Betlehem
terra Iuda nequaꝗ̃ minima es in principib⁹ Iu

da. Ex te enim exiet dux qui reget populum me-
um Iſrael. Non eſt imputandũ euangeliſte eo ꝙ
aliter ſunt hic verba Michee prophete: ꝗ̃ ſint
in ꝓphetia ipſius. Retulit enim ea prout Hero-
di fuerunt dicta a ſapientibus Iudeorum: q̇ ſen-
ſum ei ꝛ non verba dixerunt ſuo more: vt appa-
ret ſepius in Targum.

¶ Capitulum. xiij. Qḋ homo factus eſt ad ima-
ginem Dei.

Quia in precedentibus capitu
lis ad probandũ deũ eſſe tri-
num Iudeis: ꝛ nichilominus
vnũ. et hũc fuiſſe ĩ ſacra ſcri-
ptura vocatũ patrẽ ꝛ filium et
ſpiritũ ſanctũ: ſatis eſt (vt ar
bitror) dictum / nunc in hoc
xiii. ca. ſcḋe ꝑtiſitendo (Deo
auxiliante) probare / ꝙ hec beata trinitas vnus
Deus / fecit hominẽ ad imaginẽ ꝛ ſimilitudinem
ſuã. Et ꝙ huiuſmõi hõ ꝑ inobedientiam fallente
diabolo / cecidit. Et ꝙ ex hoc cum tota poſterita
te ſua reus factus eſt ꝛ exoſus. Et ꝙ nullus ꝓ eo
ſatiſfacere deo poterat niſi homo deus. ¶ San
ctam igitur ſepe dictam anteri⁹ trinitatẽ ꝛ indi-
uiduam vnitatẽ feciſſe hominẽ ꝛ creaſſe ad ima-
ginem ſuam atqʒ ſimilitudinem: ibi nobis oſten-
ditur: vbi in Geñ. i. e. ſic dicitur. Faciamus Adã
Bezçalmenu in imaginẽ noſtrã: ꝗdmutenu: taꝗ̃
ſimilitudinẽ noſtram Et infra. Et creauit elhoĩ:
ideſt dij Adã in imaginẽ ſuã: ĩ imaginem elhoĩm
creauit ipſum / maſculum ꝛ feminam creauit eos
Nota ꝙ q: corpora Ade ꝛ Eue facta ſunt: anime
vero create. idcirco hic primo verbũ factionis:
deinde verbũ creationis eſt poſitum. ¶ Itẽ no-
tandũ ꝙ in Bereſſit Raba ſup hũc locũ queritur
in hunc modũ / cũ quo iniuit Deus cõſilium? Qñ
ſcʒ voluit Deus facere Adã? Rabi Iehoſſua di-
xit: ꝙ cũ opere celi ꝛ terre iniȷ̃t conſilium. Dixit
Rabi Samuel / ꝙ opus cuiuſlibet diei conſuluit.
Rabi vero Ammai dixit: ꝙ cũ corde ſuo iniȷ̃t cõ
ſiliũ. Dixit aũt Rabi Hãnina: ꝙ cuʒ angelis iniȷ̃t
cõſilium. In hora ſiquidẽ qua Deus voluit crea-
re Adã: primũ ꝯſuluit angelos miniſterij: ꝛ dixit
eis. Faciamus Adã. Dixerunt ei: Que vtilitas ĩ
eo? Ait eis. Iuſti ſtabũt ex eo. Et hoc eſt qḋ ſcri-
ptum eſt: ꝑs. i. g. Qm cognoſcens dñs viam iu-
ſtorum. i. cognoſcere faciet dñs angelis miniſte-
rij: viã iuſtorũ: ꝛ via impiorum peribit. Hoc eſt ꝛ
viam impiorum occultauit ab eis. i. ab angelis.
Reuelauit eis ꝙ iuſti eſſent ex eo: et nõ reuelauit
eis ꝙ impij eſſent ex eo. Rabi Leui dixit. ꝙ cum
animabus iuſtorum iniȷ̃t cõſiliũ. ſicut ſcriptũ eſt
. i. Paralip. 4. d. Ipſi figuli vel formatores ꝛ ha-
bitatores plantationũ ꝛ cepis: cuʒ rege in opere
ſuo / vel in conſultatione ſua / ſederũt ibi ipſi for-
matores: ex eo qḋ dictum eſt Geñ. 2. b. Et forma
uit dñs Deus hominẽ. ꝛc. Et habitatores plan-
tationũ ꝓpter hoc qḋ ſcriptum eſt Geñ. 2. b. Et
plantauerat dñs Deus paradiſum in eden. Huc
vſqʒ traditio. Nota ꝙ ſolus ille qui dicit deum

ſuiſſe cōſiliū cū corde ſuo.i. cum ſeipſo : videtur
tolerabiliter opinari verum. Nullus eorum ne-
gat ad imaginē dei:factū fuiſſe hominē. Moder
ni vero tanta contradicendi nobis cupiditate fe
runtur:ꝙ hominem quem ſcripture ſuperius in-
ducta/ad imaginē dei factum/manifeſte inſinu-
et:inficiant:⁊ eam renitentē ad aliter ſignifican
dum/trahere moliuntur. ¶ Ad horum igit̄ pſi
diā ꝯfutādā adducat dictū Abrahe pris eoꝝ qͦ
habetur ī Medras Tibillim:ſup illud p̄s.36.a.
Non iraſcaris vel non indigneris propter mali-
gnantes:neqꝫ imiteris facientes iniquitatem. Di-
xit Abrahā pater noſter ad Melchiſedeq:q̄ fuit
Sem filius Noe:qui eo ꝙ obtulerit ſacrificium:
vocatus eſt ſacerdos dei altiſſimi. Dixit ingͣ ei
Abraham. Per quē modum vel ob quam rē exi-
uiſtis de archa? Dixit ei. Propter elemoſinā quā
faciebamus ibi. Dixit ei. Et cuiuſmodi elemoſi-
nam poteratis ibi facere?cū ibi nō eſſet niſi Noe
et filij ſui?Cui ergo faciebatis elemoſinam? Ait
ei. Feris/⁊ beſtijs/⁊ volucribus/faciebam⁹ ele-
moſinam. Nō enī eramus dormientes tota no-
cte:ſed modo tribuebam⁹ coram iſto/modo co-
ram illo. Dixit Abrahā. Sicut iſti qui fecerūt ele
moſinam feris/beſtijs/⁊ volatilibus: receperūt
mercedem. ſi fecero elemoſinam filijs Ade qui
ſunt ad imaginem ⁊ ſimilitudinē dei ſancti ⁊ be-
nedicti:q̄to magis recipiam mercedem ⁊ libera
bor ab obuiātib⁹. Statim in illa hora fecit ſicut
ſcriptum eſt Geñ.21.g. Et plantauit eſſel.i.pome
rium vel hoſpicium ad recipiendum.ſ.hoſpites.
¶ Itē ad id qͦ ſupradictū ē facit qͦ ī Bereſſit ra
ba minori ſup Geñ.v.a.taliter ſcriptū eſt. In die
quo creauit elhoim.i.dij Adam in ſimilitudineꝫ
elhoim fecit eum. Dixit Rabi Aqiba. Scriptū
eſt Leuit.19.c. Et diliges proximū tuū ſicut teip
ſum. Pars magne rei diuine eſt : ꝙ nō dicas poſt
q̄ ego vituperatus ſum: vituperetur proximus
meus. Dixit Rabi Tanhuma. Si autem ita fece
ris ſcito ꝙ vituperaberis ſiquidem vilipendes
eū de quo ſcriptum eſt Geñ.v.a. In ſimilitudine
elhoim.i.dei ſiue deorum fecit eū. Huc vſqꝫ tra-
ditio. ¶ Nota ꝙ ſicut cum ſupra dicitur:in die q̄
creauit elhoim.i.dij.intelligendū eſt de trib⁹ mi
dot.i.de tribus perſonis/que ſunt pater ⁊ filius/
et ſpūſſanctus.ita ⁊ hic cum dicitur:in ſimilitudi
ne elhoim fecit eum. ¶ Ad idem iterū optime
facit qͦ legitur in libro Mekilta ſup illud Exo.
xx.g. Et non aſcendes per gradus ſup altare me
um:ne reuelet ſe ꝯfuſio/vel pudenda tua ſup eū.
Ecce hic argumentū vel locus/qal/va/homer
id eſt minoris ⁊ maioris. Nā ſi de lapidib⁹ ī qui-
b⁹ non eſt cognitio mali ⁊ boni. Dixit ipſe:id eſt
ipſe deus:vt non ambules in eis deſpectiue vel
cōtumelioſe quanto magis exigit ratio/ vt cum
proximo tuo qui eſt in ſimilitudine illius q̄ dixit
et fuit mundus. non ambules cōtēptibiliter aut
cōtumelioſe. Huc vſqꝫ Talmud. ¶ In Bereſſit
quoqꝫ Raba ſup illud Geñ.1.e. Et creauit elho-
im Adam in imaginē ſuā. ⁊c. Interrogauerunt
heretici Rabi ʒālai. Quid eſt qͦ ſcriptū eſt Geñ.
.1.e. Et dixit elhoim.i.dij. Faciamus Adā beçal
menu.i.in imaginem noſtram.⁊c. Dixit eis. Le-
gite qͦ ſequitur. Et creauerunt elhoim Adā. Nō
eſt ita ſcriptum:ſed et creauit elhoim. Dixit Ra-
bi Hoſſaia. In hora qua deus ſanctus ⁊ benedi-
ctus creauit Adā primū beçalmo.i.in imagineꝫ
ſuam. Errauerunt in eo angeli miniſterij:⁊ volu
erunt dicere coraꝫ eo. Sanctus/ſanctus/ſanct⁹
dominus deus ſabaot. Iſa.vj. Quid fecit deus
ſanctus et benedictus? Fecit cadere ſup eū ſopo
rem.⁊ cognouerūt oēs/ꝙ ipſe erat Adam. Hoc
eſt aūt qͦ ſcriptum ē Iſa.ij.g. Prohibete vos ab
Adaꝫ qui habet ſpiraculū in naſo ſuo. Quod eſt
reputatus eſt ipſe. Hec traditio. ¶ Nota ꝙ ſiue
hoc verū fuerit ſiue non: optime probat Adam
apud Rabinos Iudeorum antiquos factū fuiſſe
ad imaginem dei ⁊ ſimillimū fuiſſe ei. ¶ Deinde
qualiter et in quibus ⁊ ſcōm quid ſit factus ho-
mo ad imaginem dei atqꝫ ſimilitudinem. Inde
habetur vbi habetur in Medras Tihillim:ſup
p̄s.cij.et ſuper illud Leuit.4.a. Anima cum pec
cauerit.⁊c.taliter ſcriptum eſt. Cur viſum eſt Da
uid laudare deum ſanctum ⁊ benedictum ꝑ ani-
mam? Dixit Dauid. Sicut aīa iſta implet corpus
ſic deus ſanct⁹ ⁊ bn̄dictus implet mūdū ſuuꝫ. ſi-
cut dictum eſt Hiere.23.e. Nōne celos ⁊ terram
ego impleō dixit dn̄s? Veniat igitur anima q̄ i-
plet totum corpus ⁊ laudet deum ſanctū ⁊ bene-
dictū:q̄ implet totum mūdū. Aīa iſta non eſt co-
medens ⁊ deus ſanctus ⁊ bn̄dict⁹ nequaq̄ come
dit. ſicut dictum eſt p̄s.49. Si eſuriero nō dicā
tibi.⁊c. Anima iſta portat corpus:⁊ deus portat
mundū ſuū ſicut ſcriptuꝫ eſt Iſa.46.b. Vſqꝫ ad
ſenectam ego ſum:⁊ vſqꝫ ad caniciē ego porta-
bo. Aīa iſta vnica eſt in corpore: ⁊ deus ſanctus
et bn̄dictus vnicus eſt in ſeculo ſuo. ſicut dictum
eſt Deut.6. Audi Iſrael:de⁹ de⁹ noſter/de⁹ vn⁹.
Aīa iſta munda eſt in corpore.i. non maculatur
ſordibus corporis: ⁊ deus ſanctus ⁊ bn̄dict⁹ mū
dus eſt in ſeculo ſuo. ſicͭ dictum eſt Abacuq.1.d.
Mundus oculis a viſione mali. Aīa hec videt et
nō videt̄. ſicͭ dictū eſt Exo.33.g. Quia nō videbit
me hō ⁊ viuus. Dicit etiam Hiere.23.e. Si habi
tabit vel ſedebit vir vel aliquis in abditis ⁊ ego
non videbo eum. dicit dn̄s? Aīa iſta nō dormit:
et deus ſanct⁹ ⁊ benedictus nō dormit. ſicut di-
ctum eſt p̄s.cxx. Ecce nō dormitat neqꝫ dormit
cuſtodiens Iſrael. Dixit ergo Dauid. Veniat ani
ma in qua ſunt oēs proprietates iſte:⁊ laudet et
qꝫ glorificet deū ſanctū ⁊ benedictum ī quo ſunt
omnes proprietates iſte. Huc vſqꝫ traditio. Ec-
ce quibus modis tradiderunt Hebrei factū fuiſ-
ſe hoīem ad imaginē ⁊ ſimilitudinē dei. ¶ Un⁹
vero de noſtris propius accedens ⁊ rē ſubtilius
intuens Albertus/videlicet in ſumma ſup Sen-
tentias/cū beato Auguſtino dicendū eſſe decre-
uit:ꝙ in memoria ⁊ itelligentia ⁊ voluntate / eſt
imago dei. Nec plures pōt habere potētias:nec
pauciores. Ex memoria enī formatur intelligē-

tia:nec eſt ex quo formetur niſi ex memoria: ſcõꝫ
ꝙ memoria eſt notitiam rei apud ſe habere. Niſi
eni apud aiam ſit notitia nõ eſt quo formetur in
telligētia. Intelligētia aũt extēdēte ſe ⁊ notitia
et accipiēte id qȯ verũ eſt in ratione boni ⁊ ꝯue-
nientis:ſtatim ex memoria ⁊ intelligētia ſic extē
ſis/formatur appetitus q̇ eſt voluntas. Prim⁹ ei
impetus aie in bonũ cõueniēs:eſt volũtas. Et ſi
cut intelligētia ex memoria formatur: ſic ex pre
filius generatur. Et ſicut voluntas ex memoria
et intelligentia extēſis ⁊ quaſi ſpirantib⁹ bonuꝫ.
Sic ſpũſſanctus ex patre filio vno principio exi
ſtentibus ſpirãdi bonũ:qȯ eſt ſpũſſanctus. Et in
hoc ſtat ꝓceſſio.hec Albertus. magiſter ī theo-
logia ⁊ phe magnus/frater p̄dicator ⁊ epiſcop⁹.
¶ De hac etiam materia loquēs Rabi Moiſes
in directione nutantium/ in primo capitulo pri-
me partis:ait. Ex hoc ꝙ dixit deus. Faciamus
Adā beçalmenu.i.in imaginē noſtrã:ꝑduxit ho-
mines.i.Judeos ad credendum deum eſſe cor-
poreũ:⁊ velut hominē ipſum habere corpus.cuꝫ
oibus liniamentis humanis/⁊ mēbris/ ſimul et
ſpiritum. Quo reprobato dicit ⁊ bene: ꝙ nõ q̄tũ
ad corpus eſt homo factus ad imaginē ſui codi-
toris:ſed q̄tum ad intellectum. Et de hac imagi
ne aſſerit eſſe dictũ ī ps.72.e. Dñe ī ciuitate tua
imaginē ipſorum vilificabit vel deſpiciet. Deſpi
citur quidē imago peccatorũ: ſed ad nihilũ nũꝗ
redigitur. ſicut dictum eſt ps.38. Verũtamen be/
celem.i.in imagine vel cum imagine deambulat
vel deambulabit vir vel quilibet.i.de hoc mun-
do:abiit. Hec Rabi Moiſes.

¶ Capitulũ.14.de virginitate matris dei.

Quoniam in ſuperioribus proba
tum eſt Meſſiã iã veniſſe: ac
dñm noſtrum Jeſum Chriſtũ
fuiſſe:ipſumqꝫ verũ deum:ve
rũqꝫ filiuꝫ dei eſſe:miſſumqꝫ
fuiſſe a deo patre/ ad ſaluan-
dum genus humanum/ ꝑ car
nis ac totius hoīs aſſũptio-
nem. Idcirco in hoc.14. capitulo ſecũde partis
huius operis opitulante eodē: probabit ꝙ car-
neꝫ ſeu corpus aſſumptũ:ſumpſit ex virgine. De
qua mundiſſima ⁊ alma/ mũdiſſimus ipſe et al-
mus/miraculoſe natus eſt. ¶ Ad hoc aũt pro-
bandũ. Primo eſt inducendum illȯ qȯ ſcriptũ eſt
Iſa.7.d. Et addidit dñs loqui ad Achaꝫ dicens
Pete tibi ot.i ſignum vel miraculuꝫ a dño Deo
tuo in profunda petitione ⁊ exalta eam ſurſum.
Et dixit Achaꝫ. Non petam ⁊ non tentabo dñꝫ.
Et dixit. Audite queſo domus David. Nũquid
modicum eſt vobis vexare hoīes vel laſſare:q᷑
vexabitis vel laſſabitis etiam deuꝫ meũ? Propt
hoc dabit ipſe vobis ſignum vel miraculum. Ec
ce alma.i.illo alma/cõcipiet ⁊ pariet filiũ: ⁊ vo-
cabit ipſa nomen ei⁹ Immanu.el.i.nobiſcũ de⁹.
Butirũ ⁊ mel comedet/vt ſciat reprobare maluꝫ
⁊ eligere bonũ. ¶ Ceteris p̄miſſis/notãdum ē
ꝙ alma nomen eſt hebraicũ ⁊ latinũ. Alm⁹ quip
pe vt dicit Papias.i.ſanct⁹:pulcher:⁊ alt⁹.et di-
citur ab alendo. Gloſa quoqꝫ ſuper Iſa.7.dicit.
Alma hebraice:latine quoqꝫ dicit̃ ſancta. Item
ibidem alia gloſa. Alma apud Hebreos/adole-
ſcētula dicitur:vel abſcondita.i.apocrifa:q̃ nũꝗ
virorũ patet aſpectibus. ¶ Hinc ergo eſt ꝙ Ra
bi Qimhi dicit in libro Saraſſim. Poſuiſti iniq̃-
tates noſtras corã te aalumenu.i.abſcondita no
ſtra ad lumen vultus tui.ps. 89.b. Itē Job.28.
d. Ve ta aluma:⁊ abſcondita producit ad lucem
Iteꝫ in ps.43.f. Ipſe cognoſcit taalumot.leb.
abſcondita cordis. Item in Geñ. 24.e. Et erit
aalma/egrediēs ad hauriendũ.⁊c. Dixit inꝗ Ra
bi Qimhi. Oia hec ſignt abſcõdere ⁊ celare Põt
autē vocari alma ⁊ illa q̄ virgo eſt/⁊ illa q̄ ē cor-
rupta:quēadmodum naara.i. puella vel adole-
ſcentula. Hec Rabi Qimhi. ¶ Alma igitur cela-
tã ſonat apud Hebreos atqꝫ occultaꝫ.quã ob rē
illam olim ſignificabat virginē : ⁊ in ſequētibus
patebit:que pudorē ſue virginitatꝭ ⁊ clauſtra ce-
lans atqꝫ occultans:nulli vnꝗ ex ea expoſuerat
nulliqꝫ reuelauerat hominũ: ⁊ erat ſancta ⁊ inte
gra mente ⁊ corpore. Alia nãqꝫ quecũqꝫ licet ta
lis nõ ſit:dũ tamen ſinceritatē habeat corporis:
vocatur betula. ¶ Sciendũ eſt itaqꝫ ꝙ alma ar-
ticulata.i.cũ additiõe huius litere q̄ dicit̃ ה he/
que ſepe additur apȯ Hebreos eis/q̄ nota ſunt:
vel de q̄bus iã facta eſt aliq̄ mentio. Quēadmo
dũ apȯ vulgares italos:cũ de notꝭ vel de illis de
quibus iã ſermo preceſſit/loquũtur:addũt nomi
ni maſculis/lo:⁊ femenino/la.vt la prea:la caſa
lo ben lo mal. Alma nũꝗ articulata.i. haalma ī
tota ſerie teſtamenti veteris nõ inuenit̃ niſi ī tri
bus locis. Quorũ Prim⁹ eſt ī Geñ.24.e.vbi ait
Eliezer. Ecce ego erȯ ſtãs ſuꝑ fontē aque: ⁊ erit
haalma.i.illa alma q̄ erit egrediēs ad hauriēdũ.
Et dixero ei pota me q̄ſo modico aque de idria
tua.⁊c. Secũdus vero eſt in ſcȯo Exo.vbi de mi
riã.i.de Maria ſorore Moiſi taliter ſcriptũ eſt.
Et dixit filia Pharaonis:vade:⁊ iuit haalma.i.
illa alma ⁊ vocauit matrem ipſi⁹ infantis. Ter-
tius locus eſt:in.7. Iſa. capitulo : vt iam paulo
ante dictuꝫ eſt. Ecce haalma cõcipiet ⁊ pariet fi-
lium:⁊ vocabit ipſa nomē ei⁹ Immanu/el.i.no-
biſcum vel cũ nobis deus. ¶ Quia vero nulli ſa-
pientum Judeorũ põt vel debet eſſe ambiguum
quin Eliezer puellam ſanctã ⁊ virginē quereret
Iſaaq filio Abrahe dñi ſui vxorē : ⁊ talis fuerit
Ribqa.i.Rebecca. Miriam quoqꝫ.i. Mariam ſo
rorē Moiſi puellam ſimiliter ſanctã ⁊ virginem
conſtet tunc extitiſſe. Et de oibus cõſimilib⁹ idē
omnino debeat eſſe iudiciũ/ vt dicunt ſapiētes.
Hoc nomē haalma in Iſaia/puellã ſanctam ac
virginē que clauſtra ſui pudoris celauerit a viris
et occultauerit:oportet ſignificare cum duobus
premiſſis ſit oīno cõſimilis. ¶ Hoc aũt non ſolũ
ſic eſſe hac ratione oſtēditur:ſed etiã ex eo ita eſ
ſe vehementer cõuincitur:ꝙ ſeptuagita eorũ ſa-
pientes tēpore Ptholomei regis Egypti: ī quo
rum cõparatione: vt ꝑ Talmud eſt lõge ſuperi⁹

pbatum:minus ꝙ aſini reputantur moderni:
cū ad hūc locū Iſa. veneriſt/pro haalma virgiē
tranſtulerunt/dicētes. Ecce virgo concipiet.ꝛc.
¶ Hoc autem de glorioſa virgine Maria matre
dñi noſtri Ieſu Chriſti:ꝛ de alia nulla debet itel
ligi:put in ſequētib⁹ adhuc fortius pbabitur. Ip
ſa nāqꝫ opere ſpiritusſancti ſine viro ꝯcepit vir=
go:vt conſtitit efficaciſſimo teſtimonio Ioſeph
viri ſui. Cui ſic habetur Mat.i.f. Angelus domi
ni ſic locutus eſt Ioſeph fili Dauid: noli timere
accipere Mariā coiugē tuā:qḋ eni in ea natū eſt
de ſpiritu ſancto eſt. Et infra. Hoc aūt totum fa=
ctum eſt vt adimpleret qḋ dictū eſt ꝑ prophetā
dicentē. Ecce virgo in vtero habebit.ꝛc. ¶ Nec
dicat aliquis hoc nomē articulatū.i.haalma in
ſupradictis Iſaie verbis:idcirco dñe noſtre mi=
nime cōuenire. quia exigit vt predictum eſt vel
mentionē:vel aliquā eius preceſſiſſe notitiā. nos
eni dicimus/ꝙ iam longe ante Iſa. Salomō de
cuius ſtirpe fuerat naſcitura : expreſſam de ipſa
in Miſle.i.in parabolis ſuis/ſub hoc noīe alma
fecerat mētionē. Ait eni ꝓuer.30.f. Tria ſunt
q̄ ſepata ſunt vel diſtant. vel mirabilia facta ſunt
apð me:ꝛ quartū nō cognoui. Via hāneſſer.i.vul
turis vel aquile in celis. Via nahas.i.ſerpentis
ſuper petram. Via nauis in corde maris. Et via
gheber.i.viri vel valētis:in alma.i.in abſcondi=
ta vel celata ¶ Animaduerte lector ꝙ bene Sa
lomon in hac parabola/ vias Meſſie ſeu Chri=
ſti/deſcribēdo:incipiens a nouiſſima: hoc eſt ab
eius aſcenſione in celum:peruenit ad primam.i.
ad incarnationē. Quis eniꝫ melius viam tenuit
aquile vel vulturꝭ q̄ Chriſt⁹: Qui peccatores ve
lut quedā cadauera corruptos ꝛ fetidos per pec
catum:venit ad penitentiā vocare:ꝛ ſibi ſpiritu=
aliter ꝑ fidē ꝛ charitatem incorporare ꝛ ſaluare:
et maxime cū celos aſcēdit in aſcenſione:vt ait
ipſe Mat.9. Non veni vocare iuſtos/ſed pecca=
tores ad penitentiaꝫ. Patet ergo ex iſtis ꝙ via
Chriſti ſiue Meſſie. via fuit aquile ſeu vulturis
de cruce ad ſepulchrū. de quo die tertio reſurre=
xit:ꝛ inde celos aſcendit. ¶ Via quoqꝫ ſerpētis
ſuꝑ petram fuit:ipſe quippe figuratus eſt in ſer=
pente illo/de quo ſcriptū eſt Numeri.21.b. Et di
xit dñs ad Moiſen. Fac tibi ſaraf.i. ſerpentem
ꝛ̄entē vel eneum:ꝛ pone ipſum ſuꝑ nec.i.ſignū
Et erit oīs ꝑcuſſus a ſerpente ꝛ videbit eum ꝛ vi
uet.ꝛc. Et fecit Moiſes ſerpenteꝫ eneum. Et de
Meſſia ſcriptum eſt. Iſa.xj.d. Et erit in die il=
lo radix Iſai q̄ erit ſtans ad ſignū populorū.ꝛc.
Hinc eſt ꝙ Meſſias noſter ait Nichodemo prin
cipi Iudeoꝝ. Io.3.d. Sicut Moiſes exaltauit ſer=
pentē in deſerto:ita exaltari oportet filium ho=
minis/vt oīs qui credit in ipſum non pereat:ſed
habeat vitā eternam. ¶ Et nota ꝙ ſicut ſerpens
Moiſi ſimilitudinē q̄dē ſerpētis venenoſi habe
bat: ꝛ tñ venenoſus nō erat/ſed valde virtuoſus
Ita Chriſtus in cruce ſimilitudinē habebat ho=
minis pctōris:ꝛ tñ nō erat peccator:ſed peccato
rum iuſtificator/atqꝫ ſaluator. ¶ Viā quoqꝫ na=

uis fuit:ſtat⁹: vita: ꝛ tranſitus Chriſti ꝑ tēpeſta=
tes ꝛ amaritudines mundi. Quia vero de ipiis
dicit dñs per Iſa.57.f. Et impij ſicut mare tem=
peſtuoſuꝫ factū: qḋ quieſcere nō poteſt. Trāſit⁹
Chriſti de hoc mundo ad patrē tpe tempeſtatis
acerbiſſime ac grauiſſime paſſionis per medios
fluctus ſeuitie impiorum gentiū nec nō Iudeorū
Via fuit vtiqꝫ nauis in corde maris:ſeris eorum
fluctibus cōcuſſa ac repcuſſa. Deniqꝫ via viri vl̄
valentis in alma fuit ſimiliter Meſſie noſtri icar
natio.i. Chriſti de virgine Maria. quā quidē viā
Salomon plene atqꝫ ꝑfecte nō potuit cognoſce
re. Qualiter eni ꝛ quō abſqꝫ humano ſemine vir
go poſſet cōcipere:ꝛ perfectum deū ꝛ hominem
in vtero cōcludere/parere filium ꝛ virgo ꝑmane
re:nec Salomonis intellectus plene capere po=
tuit/nec lingua explicare. Recte igitur dixit. Et
quartū non cognoui:qḋ eſt via viri in alma. Me
rito itaqꝫ de matre dñi noſtri Ieſu Chriſti dixit
Iſaias. Ecce haalma ꝯcipiet cū articulo tāq̄ de
nota.ꝛ de qua iam Salomon i hunc modū fece=
rat mētionē. ¶ Hic tamē eſt ſciēdum:ꝛ valde ca
uēdum ꝙ Iudeorū falſitas modernorū cōtra id
qḋ de alma dictū eſt:ꝛ ſubſannādo ꝛ blaſphemā
do vehementer clamat et dicit / vt proſequa=
mur textū/ꝛ legamus vlterius. Sequit̄ enī ꝓo
uer.xxx.f. Sic eſt via mulieris adultere q̄ come=
dit ꝛ terſit os ſuū/ꝛ ait. Nō feci iniq̄tatē. Ab Ab
inquiunt. Hinc oſtēditur vobis ꝙ alma in hoc lo
co nō poteſt eſſe niſi corrupta:eo ꝙ mulieri adul
tere taliter cōparatur. ¶ Quibus reſpōdeatur:
ꝙ verba Salomonis in libro hoc:idcirco Miſle
id eſt prouerbia vel parabole vocātur:q2 ſemper
fere vnū pretendūt ꝛ aliud intendant. Alioquin
Maſſal.i.parabola vel ſimilitudo iā nō erit maſ
ſal:ſi ſic diuino intelligatur vt ſonat. Quā obrem
parabola grece dicitur a para qḋ eſt iuxta ꝛ bo=
le qḋ eſt ſententia:quaſi nō id qḋ dicitur:ſꝫ id qḋ
iuxta illud ſignificatur. Viā ergo mulieris adul=
tere non debemus hoc in loco ad literā accipere
ſed vitā ꝛ mirabilē agendi modū cuiuſdā adulte
re peſſime:de qua in Iſa.57.b. Iudeis a dño ta
liter dictum eſt. Et vos accedite huc filij augura
tricis ſemen adultere ꝛ fornicarie. De qua etiam
in Ezechiele.16.a. Sic ait dñs ad Hieruſalē. Et
infra.d. Et nō fuiſti ſicut meretrix ad deridēduꝫ
vel cōtēpnēdum:vel ad laudandū preciū. Sꝫ vt
mulier adultera q̄ ſub viro vel pro viro ſuo ſuſce
pit alienos. Itē adhuc infra in eodē capitulo.e.
Et iudicabo te iudicijs adulterarum ꝛ effunden
tiū ſanguinē:ꝛ dabo te ſanguinem furoris ꝛ zeli.
Ex iſtis itaqꝫ patet ꝙ mulier adultera i ſupradi=
cta parabola eſt ſinagoga Iudaica q̄ comedit et
comedere nō deſinit ſapidiſſimū ſibi panē illum
de quo ſcriptum eſt ꝓouer.20.c. Sapidus ē ho
mini panis mēdacij. Et poſtea vel vltimo imple
tur os eius calculo. Calcul⁹ vocat̄ hic pena eter
na inferni. Calculus eni maſticari nō pōt nec cō=
ſumi:quia durus eſt:nec glutiri nec expui/ q̄ñ to
tū os plenū ē. Sꝫ pena inferni duriſſima ꝛ dura=

bilis eſt:⁊ nullatenus euadi poteſt/ nec finiri nec
minui/nec aliqua lachꝛimarū humiditate moli-
ri. Qꝫ autē panis mendacij ſuauis ac ſapidus ſit
Judeis/oſtēdit per Hiere. vbi in.9.cap̄.c.ſic ait
de eis. Et veritatē non loquūtur. Docuerunt lin
guam ſuā loqui ſeqer.i. mendaciū. Jtē Hiere.v.
a. Et ſi viuit dn̄s dixerint:ſed hoc ad ſeqer: hoc
eſt/ ad falſitatē vel ad mendaciū vel ad fraudeꝫ
iurabunt. ¶ Quēadmodū igit̄ via vulturis vel
aquile i celo:⁊ via ſerpētis ⁊ nauis:necnon ⁊ via
viri in alma facte ſunt mirabiles Salomoni/et
difficiles atqꝫ diſtantes multū ab intellectu eius
vt ſupra dictū eſt. Sic fuit apud eū mirabile val-
de ⁊ multū diſtans ab eius ratione via iſti⁹ adul
tere nequiſſime. Qualiter eni Salomonis ratio
potuit aut debuit capere malicie imēſitatē.iple-
tatis profunditatē.⁊ perfidie q̄titatem: qua hec
adultera erat Meſſiā.i. dn̄ꝫ noſtrū Jeſū Chriſtū
oīno innocentē morti cōdēnatura: ⁊ Barraban
ſeditioſum ⁊ homicidā hominē inſtanter petitu
ra. Qua etiam fatuitate quave inſania: qua mē-
tis inopia:vel qua inuidia diabolice ſtimulata:
vel quo agitata demonio poſſet Meſſiā repelle
re/ſolo verbo cecos illuminātē:⁊ audire ſurdos
et loqui faciētē mutos:curantē claudos/⁊ lepro
ſos mundantē/ac mortuos ſuſcitātē / ſanantem
quoſcūqꝫ alios egros ⁊ languidos:⁊ de areptis
demones expellētē: ⁊ de panibus paucis pluri-
mos ſaciantē:et innumera huiuſcemodi miracu
la faciētē. Barqozbam vero qui nihil re vnq̄ fe-
cit ꝑ Meſſia ſuſcipere/quē ex ſolo nomie/ ⁊ hor
rere debuit ⁊ ſuſpectū habere. Barqozbā nāqꝫ i
terpretatur filius mendacij vel filius falſitatis.
De quo ſuperius in prima pte huius operis plu-
rima dicta ſunt. Rurſum etiam cur Salomō non
ſolum mirari debuit/ſed etiam ſtupere/ q̄ adul-
tera hec:dum eſſet in Hieruſalē ⁊ in predicto fu-
iſſet decepta falſario: Nihilomin⁹ alium fecit ſi-
bi Meſſiam in ciuitate quē vocāt ipſi Judei Bit
ter:cui nomen erat Benqozeba.qd̄ ſimiliter vo-
catur filius mēdacij vel filius falſitatꝭ. Quis eni
noſtrum adhuc capere valeat ⁊ cuꝫ Salomone
vehemēter nō obſtupeat? Quis tam potēs vnq̄
quis tā validus demō ſepe dictā adulterā ſic po
tuit cecare:vt in duobus Meſſijs antedictis tam
turpiter ſeducta/duos Meſſias adhuc vnū filiū
Joſeph ⁊ aliū filiū Dauid venturos preſtoletur?
Bene igitur Salomō altitudinē ſupradictorum
quatuor ⁊ profunditatem impietatis ⁊ iniquita-
tis:nec non ⁊ immenſitatem fatuitatis ⁊ inſanie
iſtius adultere conſiderans:que pro vero Meſ-
ſia tales ſibi cōſtituit/admiratus ſubiunxit. Sic
eſt via mulieris adultere.ſic.ſ. admirāda:⁊ ad in
telligendum difficilis/⁊ vltra modū ſtupenda:q̄
panē tot mendaciorum comedit ⁊ comedere taꝫ
auide nō deſinit. Et quaſi tergēs os ſuū ac ſi ni-
hil inſanie vel iniquitatis fuerit operata:erube-
ſcere neſcit. Et hoc eſt qd̄ Hieremias.3.b. ait ei.
Frons mulieris meretricis facta eſt tibi.renui-
ſti erubeſcere. ¶ Deniqꝫ hāc veram mōſtrat eſſe
ſententiā Rabi Selomo quo ad iſtā adulteraꝫ:q̄
in ſuo perus.i.expoſitione ſup ꝓuerbia predicta
ſic exponit. Tria facta ſunt mirabilia ex me:et
q̄rtū nō cognoui. Glo. Ra. Se. Tres res ſunt mi
rabiles ⁊ velate a me: via vulturis vel aquile in
celo:hoc eſt regnum Babel.i. Babilonie:de quo
dictū eſt Ezechiel.17.a. vultur vel aquila gran-
dis magna vel magnis alis:longa vel lōg⁹ mē-
bris.⁊c. via ſpentis ſup rupē.hoc eſt regnū Me-
dorū.via nauis i corde maris.hoc eſt regnū Gre
corū:qd̄ fuit leue i ſentētijs ſuis. Et via Gheber:
id eſt viri in alma.hec eſt Roma:q̄ dixit Jſa.47.
c. Jn ſempiternū ero ghebaret.i. dn̄a vel valēs.
Sic via mulieris adultere/ hoc maluꝫ ꝓmeruit
eis.i.regnis quatuor antedictis. eccleſia Jſrael
que adultera facta eſt per idolatriā. Et ſic meru
it vt calamitates venirēt ſup eā. Comedit ⁊ ter-
ſit os ſuum:⁊ dixit. Nō feci iniquitatē. ſicut dictū
eſt ei. Hiere.ij.g. Ecce ego iudicaui te eo q̄ di-
xeris. Nō peccaui. huc vſqꝫ Rabi Selomo. Nūc
ad id qd̄ principaliter intendim⁹ reuertentes di-
camus. Ecce inquit ꝓpheta. haalma.i. illa vir-
go Maria/ſancta ⁊ abſconſa: de qua longe ante
Salomon vt probatū eſt fecerat mentionē:con
cipiet diuīa virtute:⁊ pariet filiū ſalua virginita
te:⁊ vocabit ipſa virgo.ſ.nomen eius ab angelo
Gabriele premonita ⁊ inſtructa: ⁊ nihilominus
ſpiritu ſācto repleta Jmmanuel:vel vocabit ipa
id eſt ipſe ſpiritusſanctus q̄ eſt generis feminini
in hebreo:nomē eius Jmmanuel.i. nobiſcū de⁹.
ꝑ qd̄ diuine nature ac noſtre in vna Chriſti perſo
na ꝯiūctio demōſtrat Meſſiam eni tm̄ ſeu Chri
ſtum deū eſſe ⁊ hominē ſuperius eſt probatum.
Quare:qꝛ ipe ſol⁹ eſt Jmmanuel. i. nobiſcū de⁹
ſibi ſoli ac ſue matri iſta verba ꝯueniunt. ¶ Hic
inſurgit Judeus ⁊ dicit Meſſiā noſtruꝫ a matre
ſua Jmmanuel nūq̄ fuiſſe vocatū:ſꝫ Jeſſua:hoc
eſt Jeſus. Proinde tota Chriſtianitas vocat
eum Jeſuꝫ ⁊ nō Jmmanuel:quare manifeſtū eſt ꝑ
q̄ predicta verba.ſ. Ecce haalma cōcipiet.⁊c.fi-
lio Jſaie et matri eius cōgruūt:⁊ nō alij: vt mon
ſtrat Rabi Selomo locū hunc taliter exponen-
do. Ecce haalma. Glo. Ra. Se. Vxor mea cōci-
piet hoc anno:⁊ eſt annus quartus regis Achaꝫ:⁊
pariet filiū:⁊ vocabit ipſa nomē eius.i. ſpiritus
ſanctus qui erit vel qui deſcendet ſup eam. Et vo
cabit ipſa alma.ſ. vel ſpiritusſanctus qui eſt in he
breo feminini gn̄is:nomē ei⁹ Jmmanuel. Qua-
ſi dicatur q̄ cōditor noſter erit nobiſcū. Hec Ra.
Se. ¶ Huic obiectioni reſpōdens: cōcedo ꝓmū
hanc expoſitionē verā eſſe et bonā hoc excepto
q̄ in perſona Jſaie almam dixit eſſe hic vxoreꝫ
ſuam:⁊ ꝑ cōſequens Jmmanuel eſſe filiū ſuum.ſ.
Jſaie. qd̄ quideꝫ ꝓbabitur falſum eſſe in ſequē-
tibus multiplici ratione. Ad premiſſum obiectū
ergo dicendū:q̄ aliō eſt nomē nature:⁊ aliud eſt
nomen impoſitionis. Natura nāqꝫ dāa formam
dat nomē. ſicut homini hoc nomē qd̄ eſt hō. Ho
mo eni nominatur q̄s propter naturā hominis
quā ꝑticipat. Sic quoqꝫ Meſſias noſter domi-

ſumi. Sequitur. Conuertentur ſedentes vel ha-
bitantes in vmbra eius: viuificabunt tritico. Et
florebunt vel germinabunt ſicut vitis / memoria
le ipſius vt vinũ libani. Idẽ in Targũ. Cõgrega
bunt de filijs captiuitatum ſuarum habitabunt
vel ſedebunt in vmbra Meſſie ſui. Viuificabũtur
mortui ꝛ multiplicabitur bonuꝫ in terra. Et erit
memoriale ipſorum aſcendens vel fructuoſum.
Et non deficiet ſicut memoriale vel recordatio
domus bucine ſup vino antiquo qd miſcebat in
domo ſanctuarij. ¶ His ſic premiſſis / querẽduꝫ
eſt a Iudeis cũ hic dictum eſt ꝑ prophetam. Cõ
uertentur ſedentes vel habitantes in vmbra ei⁹
hoc pronomen eius qd ipſi qinui vocãt cui pre-
miſſorum refertur. Natura quippe taliuꝫ qinnu-
im. i. pronominũ eſt / ad predicta ꝛ propriora re-
ferri. ſicut ex innumeris ſacre ſcripture locis ha-
beri poteſt. Cũ eni dr Exo. 15. a. Dñs vir pugne
dñs nomẽ eius. Iſtud pronomen eius ad alterũ
predictorum: hoc eſt ad dñꝫ / vel ad virũ / vel ad
vtrũqꝫ. quia idem hoc in loco ambo ſignificant
oportet referri: ita igitur hic cum dictum eſt. ha-
bitãtes vel ſedẽtes i vmbra eius: oportet ꝙ iſtõ
eius / penſatis diligenter verborum circũſtantijs
premiſſorum: referatur ad vnicum illum. de quo
paululum ante premiſſum eſt. Qꝫ per eius peni-
tentiam abſolueret Deus vniuerſum mundũ: vel
ad rorẽ quẽ Targum vt premiſſum eſt perhibet
eſſe verbũ. Porro qꝛ vbi propheta poſuit in vm-
bra eius: Targũ poſuit in vmbra Meſſie: vt pre-
dictũ eſt. Alterũ iſtorũ oportere eſſe Meſſiã. cõ-
ſequens eſt. vel etiam vtrũqꝫ ſi vnum ſunt ꝛ idẽ.
¶ De hac penitẽtia quã pro ſaluandis / Meſſias
Deus futurus erat; habetur in ps. 84. Conuerte
nos De⁹ ſalutaris noſter. Auerte vel irrita iram
tuam nobiſcũ. Nũquid ad ſemper iraſceris i nos
extendes iram tuã ad gñationẽ ꝛ gñationẽ. Non
ne tu taſſub. i. penitẽtiam ages: viuificabis nos
et populus tuus letabitur in te. ¶ Qꝫ aũt Meſ-
ſias ſit ille ros de quo paulo ante dictum eſt. Nõ
ſolum ex relatione predicti pronois ꝛ ex Targũ
ſed etiã ex eo euidẽter oſtẽditur vbi in Medras
Tihillim ſup ps. 44. taliter ſcriptũ eſt. Lemna-
ceah. i. triumphatori vl’ eternali ſup lilijs. Dixit
Deus ſanctus ꝛ bñdictus Iſraeli. Totũ pẽdet in
vobis. Quẽadmodũ huiuſmodi lilium germiat
vel eſt florens: et cor eius nichilominus ſurſum
Ita quoqꝫ vos facite teſſuba. i. penitentiã corã
me: et ſit cor veſtrũ rectũ vel ordinatũ ad ſurſum
Sicut cor huiuſcemodi lilij: ꝛ tũc adducã Goel:
id eſt redẽptorẽ: ſicut dictuꝫ eſt Oſee. xiiij. c. Et
ero ſicut ros Iſraeli. Et quando / Qñ germina-
bit ſicut lilium. Propter hoc dictũ eſt: ps. 44. a.
Triumphatori ſup lilijs. Huc vſqꝫ traditio. Pro
batũ eſt aũt ſupius ꝙ Meſſias eſt Goel. i. redem-
ptor. Quare patet ꝙ ros in predicta auctoritate
eſt Meſſias. ꝛ Meſſias eſt ibi ros: ꝛ eſt verbũ dei
vt oſtẽſum eſt per Targum. Eſt etiã De⁹ vt oſtẽ-
dit ſermo prophetie in pſona dei loquẽtis de pre-
dicto rore. Rurſus quia probatum eſt in premiſſis.

ꝙ Meſſias eſt lumẽ ꝛ lux cũ deo / recte de ipſo in
telligitur dictuꝫ Iſa. 26. f. Qꝛ ros lucis ros tuus
et terram gigantũ precipitabis. Idẽ in Targũ.
Quia ros lucis ros tuus / facientib⁹ legẽ tuã: ꝛ i-
pios quibus dediſti fortitudinẽ ſuam: q tranſgreſ
ſi ſunt ↄtra verbũ tuum: ad gehennam trades.
¶ De hoc quoqꝫ rore. hoc eſt de filij dei occul-
ta ꝛ incõprehenſibili incarnatione atqꝫ natiuita
te legit in libro Taanith i pereq / mai / marai /
maꝫ / qrim. a. Dixit Rabi Barakia. Eccleſia Iſ-
rael petiuit indiſcrete: ſicut dictuꝫ eſt Oſee. 6. b.
Et veiat ſicut imber nobis: ſicut tẽporaneus ꝛ ſe
rotinus terre. Dixit ei Deus ſanctus ꝛ benedict⁹
Filia mea tu es petẽs rẽ q aliquotiẽs queritur /
et aliquotiens nõ queritur. Ego ero tibi res que
ſemꝑ queritur. ſicut dictũ ẽ Oſee. 14. f. Ero ſicut
ros Iſraeli / germinabit ſicut liliuꝫ. ¶ Predictis
etiam recte adiungitur qd in Iſa. 45. a. taliter le
gitur. Stillate celi deſup: ꝛ nubes pluent iuſtitiã
aperiet terra ꝛ fructificabũt ſaluatiões ꝛ iuſtitiã
germinabit ipſa pariter: ego dñs creaui ipſum.
Idem in Targum. Miniſtrẽt celi deſup ꝛ nubes
annuncient bonũ: aperiet terra ꝛ viuẽt mortui.
Et iuſtitia vel meritum reuelabit ſimul: ego do-
minus creaui eos. ¶ Nota ꝙ nubes fuerunt pro-
phete: terra beata virgo: aperiẽs conſenſum et
fructificauerunt ſpirituſſanctus ꝛ ipſa / ſaluatio-
nem. i. Chriſtũ. Et ipa germiauit iuſtitiã. i. Meſ
ſiam: deum pariter ꝛ hominẽ. Celi ſunt pater fili-
us ꝛ ſpũſſanctus. De his celis dixit lucifer cũ eẽt
in celo empireo: Iſa. 14. c. Ad celos aſcendã de-
ſuper ſtellas dei: exaltabo ſolium meuꝫ. ꝛc. vſqꝫ
ſimilis ero altiſſimo. ¶ De hac etiã materia le-
gitur i Medras Sir haſſirim. i. Cant. Cant. v.
b. in qua taliter ſcriptũ eſt: ſup illud Aperi mihi
ſoror mea: ꝓxima mea / colũba mea / ꝑfecta mea
Dixit Rabi Iſa. Dixit Deus ſanctus ꝛ bñdictus
Iſraeli. Filij mei aperite mihi aperturam vnaꝫ
penitẽtie q̃tum eſt foramẽ acus: ꝛ ego aperiam
vobis aperturas per quas poterũt intrare cur-
rus atqꝫ quadrige. Rabi Ioden / ꝛ Rabi Leui.
Rabi Ioden dixit: ſcriptuꝫ eſt ps. 45. g. Vacate
vel ceſſate ꝛ ſcietis vel cognoſcetis quia ego de⁹.
Dixit deus ſanctus ꝛ bñdict⁹ Iſraeli. harpu. i.
vacate ab operibus malis: ꝛ agite penitentiam
q̃tum eſt ictus oculi: ꝛ ſcietis qm ego ſum Deus.
Rabi Leui dixit. Si eſſent Iſrael faciẽtes peni-
tentiã ſaltẽ vna die: protin⁹ eſſent redẽpti: ꝛ ꝓ-
tinus veniſſet filius Dauid. i. Meſſias. Unde ꝓ-
batur hoc? Ex eo qd ſcriptũ eſt ps. 94. Hodie ſi
vocez eius audieritis. ꝛc. Sequitur. Tãmati. i.
perfecta mea. Rabi vero Innai dixit. Theuma-
ti. i. gemella mea. cabiacol. i. ex quo ſcriptuꝫ eſt
in lege dici põt. Nõ ego deus. i. maior ipſa. i. ec-
cleſia Iſrael: nec ipſa maior me. Rabi Iuhude i
noie Rabi Leui dixit. Theumati. i. gemella mea
Ideo dictũ eſt a Deo. i. qm huiuſmodi gemellis
contingit. Qꝫ ſi ſenſerit corpus alterius aliquid:
mox ſocius eius cõturbatur ꝛ tumultuatur. Sic
ex quo ſcriptum eſt in lege dici poteſt ꝙ deus dñ

xit. Cū ipſo ſum ego in tribulatione eruam eum et honorabo eū Longitudine dierū ſaturabo eū et oſtendā ei ſalutare meū. Sequit. Quia caput meū plenū eſt roꝛe. Hoc factuꝫ eſt iuxta qꝺ dictū eſt ps.67.b. Terra tremuit celi quoqꝫ diſtillaue runt. Huc vſqꝫ Medras.i. gloſa. ſiue traditio.

quidē hodie.i. anteq̄ veniſſet Meſſias debuerūt fieri: ſed non cras.i. poſtq̄ venit Meſſias. ¶ Addendū hic eſt id qđ in Bereſſit Raba Rabi Moſſe Hadarſan: vbi in Geñ.41.a. taliter ſcriptum ē Poſt finē duorū annoꝝ dierū: ⁊ Pharao ſompniauit. hoc eſt qđ dicit ſcriptura. p̄s.145. Dñs erit abſoluens ꝓhibita. Oīs beſtia q̄ immūda reputata eſt in ſeculo iſto / Deus ſanctus ⁊ benedict⁹ faciet eam mundam in ſeculum venturum: quēadmodū fuerunt munda primitus filijs Noe: ſicut dictum eſt Geñ.9.a. Sicut olus herbe: vel ſicut viridem herbam dedi vobis oīa: quēadmodū olus fuit mundum oībus: ſic etiam animal et beſtie fuerunt munde eis.i. filijs Noe: ita quoq̄ ad tempus venturum ipſe erit abſoluens q̄cquid prohibuit. Et cur ꝓhibuit ea in iſto ſeculo? vt videretur q̄s eſſet recipiēs verba eius: ⁊ quis non eſſet recipiens. Et quid eſt dñs matir.i. abſoluens prohibita. p̄s.145. Nō eſt maior ꝓhibitio q̄ nida.i. Mēſtruata: quā De⁹ ꝓhibuit ⁊ ad tempus venturū ipſe abſoluet eam: ſicut em̄ eſt ipſe dicēs Zach.13.b. Et etiam ꝓphas ⁊ ſpiritum immūdicie transferam de terra. Nō eſt aūt īmundicia niſi mēſtruata: ⁊ ſic eſt ipſe dicēs Leuit.18.e. Et ad mulierē in menſtruo imundicie ſue: nō appropinquabis. Et ſunt qui dicunt q̄ etiam ſeruitium thori erit prohibitum aliquotiēs in futuro Scito aūt hoc tibi: qm̄ ſic in die qua reuelatus eſt Deus ſanct⁹ et benedictus ſup montē Sinai prohibuit eis ſeruitiū thori tribus diebus: ſicut dictum eſt Exo.19.e. Eſtote parati ad diem tertiū Non accedatis ad mulierē. Quare? Qȝ in die tertio deſcendet dñs ſup montē Sinai. Si vna igit̄ dies qua deſcendit dñs ſup montem Sinai prohibuit eis tres dies: in tēpus venturum in dieb⁹ Meſſie qñ Sekina.i. diuinitas erit inter eos nō erit oīno eodē mō. Sȝ quid eſt adhuc qđ ſcriptū ē p̄s.145. Dñs abſoluet aſuri.i. captiuos. Scđm aliū ſenſum: videlicet in p̄s.145. Captiuos inferni captiuos mortis. Huc vſq̄ traditio. ¶ Nota q̄ ad predicta optime facit qđ ſcriptū eſt Deuto. xij.d. Inmundū atq̄ mundū comedentur ſicut damula et ceruus. Itē ibidē.e. Cum dilatauerit dñs Deus tuus terminū tuum. Et infra. Inmūdū ⁊ mundū pariter comedētur. Solum caue vt non comedatur ſanguis. Sanguis enī ipſe ē anima: ⁊ non comedetur aīa cum carne. Dixit Rabi Juhuda ſup hunc locum in libro cifre. Annūciat q̄ Iſrael erant miſcentes cū ſanguine ante dationem legis. Sequitur. Non comedes animā cū carne: iſtud eſt comedere mēbrū de viuo animali ¶ Nota q̄ Judei dicūt imūdū in his locis vocari animal cecum / debile / vel claudū: ⁊ huiuſmodi qđ imundū erat ad immolandū. Verū ſcđm premiſſam traditionē de oī inmūdo fore intelligēdum: non quidē in diebus Judeorū: ſed in dieb⁹ Meſſie manifeſtū eſt. ¶ Cōgrue quoq̄ valde videtur predictis addendū id qđ ſcriptū eſt in libro Maqot. in Pereq / ellu / hen / halliqin.f. Expoſuit Rabi Cimlai. Sexcēta.xiij. precepta dicta ſūt Moiſi in Cinai.i. in monte Sinai. Trecēta ⁊.lx. et.v. ſicut eſt numerus dierum ſolis. Ducēta vero ⁊.48. quot ſunt mēbra in hoīe. Dixit Rab. ꝑ quā ſcripturam. Per eam q̄ dicit Deute.33.a. Tora.i. legem precepit nobis Moiſes. Tora enim ariſmetrice ita ſe habet.i. literis talib⁹ ſcribitur: q̄ faciunt. vj. centa ⁊.xj. precepta. Thau ei ſignificat quadrigētos ⁊ tres ducētos. Vau. ſex. the. v. Ego vero et non erit tibi. Exo. 20. a. Ab ore virtutis.i. dei. audiuimus ea.i. iſta duo precepta. Venit Dauid ⁊ conſtituit predicta. dē.xiij. precepta ſup.xj. ſicut ſcriptum eſt p̄s.14.e. pſalm⁹ Dauidi. Dñe quis habitabit i tabernaculo tuo? quis morabit̄ in monte ſanctuarij tui? Ambulās perfectiones ⁊ faciēs iuſtitiā / ⁊ loquēs veritatē i corde ſuo. Non peditauit ſup linguā ſuam.i. non detraxit. Nō fecit proximo ſuo malum: ⁊ opprobrium non leuauit ſup propinquū ſuū: in cui⁹ oculis deſpectus eſt.i. reprobatus. hic.i. talis fuit Ezechias rex Juda / qui traxit oſſa patris ſui ī rete funiū. Timētes aūt dñm honorat. Talis fuit Joſaphat rex Juda. Ipſe enī in hora qua videbat doctorē ſapiētē: ſurgebat de throno vel de ſede ſua ⁊ amplexabatur eum ⁊ oſculabatur: ⁊ vocabat eum magiſter mi / magiſter mi: dñe mi / domine mi. Sequitur. Jurans vt malefaciat vel vt affligat ⁊ non mutat. Glo. Ra. Se. Jurās vt malefaciat ſibimet: ⁊ non mutat iuramētū ſuū. Multo igitur minus mutat id qđ nō nocet ei. Pecuniam ſuam nō dedit ad vſuram. Etiam ad vſuram Goi.i. eius qui nō eſt videns. Et mun⁹ contra innoxium non accepit. Faciēs hoc nō mouebitur in ſeculū. Quādo Rabi Gamaliel perueniebat ad ſcripturā iſtam: flebat dicēs. Qui fecerit hec oia nō mouebitur: ſin aūt nō: mouebit̄. Hec Ra. Se. Sequitur. Venit Iſaias ⁊ cōſtituit ea ſup ſex. ſic̄ dictum eſt Iſa.32.d. Ambulans in iuſtitijs ⁊ loquēs equitates reprobans auariciam calūpniarum vel violentiarū excutiens palmas ſuas a ſuſceptione muneris. Obturās aurē ſuam ab auditu ſanguinū: ⁊ claudēs oculos ſuos a viſione mali. Ipſe excelſa ihabitabit. Venit Micheas ⁊ cōſtituit ea.i. precepta ſup tribus. ſicut dictū ē Michee.6.d. Annunciauit tibi hō quid eſt bonū: et q̄d dñs ē petēs a te: vtiq̄ facere miſpat. Iſtud ē iudiciū. Et diligere pietatē. Iſtud eſt retributiones pietatis.i. opera mīe: ⁊ abiecte vel humiliter ambulare cum deo tuo. Glo. Ra. Se. Interpretatus eſt hoc Jonatan. Et eſto abiectus ad ambulādum in timore dei tui. Alius ſermo. Annunciauit tibi Deus ſanctus ⁊ benedictus. o hō: quid eſt bonū tibi ad faciendū.⁊c. Et honeſte vel ſecrete ambulare cū deo tuo. Non eſt mos dei ſancti et benedicti / ſicut mos carnis et ſanguis. Mos carnis ⁊ ſanguis eſt: q̄ ſi homo confundit proximum ſuum corā multis: et venit poſt modum ad placandū eū: dicit ei. Non ego ero placat⁹ tibi donec veniat talis ⁊ talis coram quib⁹ cōfudiſti me. Sed Deus nō vult niſi q̄ homo peniteat inter ſe et ipſum. Hec Ra. Selo. Sequitur. Rurſus

Iſaias conſtituit ea.i.oia mandata ſup duob⁹: ſicut dictum eſt Iſa.56.a. Cuſtodite iudiciū ⁊ facite iuſtitiā. Venit Abacuq ⁊ cōſtituit ea ſup vnū ſicut dictum eſt Abacuq.2.b. Et iuſtus i fide ſua viuet. Huc vſqȝ traditio. ¶ Venit Dauid. ⁊c. in principio huius traditionis. Glo. Ra. Se. Omnis hora generationes minorationis fuerunt paucificātes ea.i.precepta. In principio eñ fuerūt iuſti q̄ erant potentes ad ſuſcipiendū iugum preceptorum multorū. Sed generationes nouiſſimorum non fuerunt iuſti in eis oino tales. Quare ſi veniſſēt ad obſeruandū omnia precepta illa nō fuiſſet tibi homo q̄ poſſet iuſtificari. Hec Ra. Salomo. ¶ Item vbi ſupra dixit Rabi Ioce. Quatuor decreta decreuit Moiſes ſup Iſrael. Veneruntqȝ quatuor prophete ⁊ caſſauerunt ea. Moiſes dixit Deutero.33.g. Et habitabit Iſrael cōfidenter. ſolūmodo oculus Iacob. Glo. Ra. Sel. Quando habitabit Iſrael cōfidenter? Qn̄ fuerit ſicut oculus Iacob.i. oino tales qualis fuit Iacob. Venit Amos ⁊ caſſauit illud: ſicut dictū eſt Amos.7. Dñe Deus propiciare queſo. Quis ſtabit vt Iacob? Glo. Ra. Se.i. quis poterit eē ſanctus vt Iacob? Nūquid hoc modicū eſt? Et ſcriptū eſt ibidē. Miſertus eſt dñs vel penituit dñm ſup hoc: etiā ipſa nō erit. Moiſes dixit Deutero.28.f. Et in gentibus illis nō quieſces. Venit Hieremias ⁊ caſſauit illud. ſicut dictū eſt Hiere.xxxi.a. Vadet ad requiem ſuam Iſrael. Moiſes dixit in Exodo.20.a. Viſitās pctm̄ patrum ſuper filios. ⁊c. Venit Ezechiel ⁊ caſſauit illud. ſicut dictū eſt Ezechiel.18.e. Anima q̄ peccat ipſa morietur. Filius non leuabit pctm̄ patris: ⁊ pater nō leuabit peccatū filij. Moiſes dixit Leuit.26.f. Et pdemini in gentib⁹. Venit Iſaias ⁊ caſſauit illud. ſicut dictum eſt Iſa.27.g. Et erit in die illo clangetur in tuba magna / et venient perditi in terra Aſſur: ⁊ impulſi i terra Egipti: et adorabūt dñm in monte ſancto in Hieruſalem. Hec traditio.

¶ Utiliter adhuc premiſſis eſt addendum id qd̄ apud eos in Medras Bemidbar Cinai. Numeri.22.f. vbi exponitur. Et nunc ſi malū eſt in oculis tuis reuertar mihi. Dixit ei.i. angelo Baalaȝ Ego non iui donec dixit mihi De⁹ ſanctus ⁊ benedictus: ſurge / vade cū eis. Tu vero dicis mihi vt reuertar: Dixit ei angelus. Sic eſt officiū vel ars eius. Nonne ſic dixit Abrahe vt ſacrificaret ei filiū ſuū? Et poſt hoc ſcriptū eſt Geñ.22.d. Et vocauit angelus dñi et dixit. Non extendas manum tuam. Docēdo eſt docens rem vel verbū: et angelus eſt reuocans ipſum vel conuertens.

¶ Adijciēdū eſt id quoqȝ predictis qd̄ ſcriptum eſt in libro ſanhedrin in Pereq / ellu / hen / hannehiqin.g. Dixit Rabi Abhu / ꝙ Rabi Iohannan dixit. In oibus in quibus dixerit tibi propheta trangredere verba legis / tranſgredere: excepto idolatria. Nā q̄tum ad idolatriā attinet: etiam ſi faceret ſtare ſolem in medio celi: Non audias.i. nō obedias ei. Dixit Rabi Aaqiba. Abſit ⁊ parſit vt Deus ſanctus ⁊ benedictus faceret conſiſtere ſolem tranſgredientibus beneplacitum eius.

¶ Deniqȝ predictis adhuc adiungendū eſt id qd̄ in libro ſanhedrin taliter ſcriptū eſt. In Pereq / ellu / hen / hannehiqin.a. Plus vel maius eſt in verbis ſcribarum.i. ſapientū: ꝙ in verbis legis.i. maioris auctoritatis ſunt verba magiſtrorū q̄ legis. Qui enim dicit: nō ſunt teffilin.i. philatie ad tranſgrediendū verba legis patur.i. imunis eſt. Qui vero dicit ꝙ quinqȝ ſint totafot.i. philatia. de qb⁹ Deutero.6. addendū v̄bis ſofrin.i. ſcribarum vel magiſtrorū ſapientū reus eſt. ¶ Itēȝ in Medras Deutero.17.a. Non deuiabis vel non declinabis a verbo ꝙ annūciabunt tibi dextera et ſiniſtra. Etiam ſi oſtenderint in oculis tuis ſuper dextera ꝙ ſit ſiniſtra: ⁊ ſup ſiniſtra ꝙ ſit dextera. Audi eis.i. obedi vel crede eis. ¶ Nota ꝙ de iſtis totafot.i. philaterijs ſcriptuȝ eſt Deuto. vi.b. in hunc modū. Et ligabis ea.i. precepta ad ſignū ſup manus tuas. ⁊ erunt in totafot.i. i philaterijs inter oculos tuos. ¶ Item nota ꝙ philateria nomen grecū eſt. et dicitur a philaxis qd̄ eſt ſeruare: ⁊ tora hebraice qd̄ eſt lex latine. inde philateria.i. legis conſeruatoria. Faciūt enī quatuor cōſeruatoria in quibus ponūt decalogū ⁊ ligant ſibi in capite. ita ꝙ conſeruatoria illa ſtent in loco illo vbi cerebrū palpitat pueris paruulis. Dicūtur vero in Talmud teffillin. In deuto. aūt vi. totafot. Porro ꝙ tota ſonat duo in lingua q̄ vocat garpi. fot. qqȝ duo in lingua punica. Idcirco ſtatuerunt ſofrim.i. ſcribe ꝙ quatuor eſſent ille domūcule. ¶ His oibus ſic premiſſis / reducamus eadem in ordinem rationis / atqȝ dicamus. Cū omnia ḡcūqȝ dicit pphēta tranſgrediēda ſore de preceptis: excepto idolatria tranſgrediēda ſint: vt per Talmud paulo anterius probatū eſt. Et idcirco ſexcēta.xiij. pcepta reduxerit Dauid ad.xj. Et poſt eū Iſaias ad ſex. Deinde Micheas ad tria. Rurſus vero Iſaias ad duo. Et Abacuq finaliter ad vnum.i. ad fidem et dilectione dei ⁊ proximi operantē: vt ſuperius paululū oſtenſum eſt. Et Meſſias ſit maior Abraham et omnibus patriarchis: ⁊ maior Moiſe ⁊ omnib⁹ prophetis: ⁊ maior angelis miniſterij.i. illis qui deo immediatius aſſiſtunt: ⁊ ita oibus angelis. vt ſuperius in prima parte capitulo.4.§. Meſſias igitur: iam notatum eſt. Nulla vero nec veriſimilis ratio prohibet Meſſiam potuiſſe omnia precepta cerimonialia reuocare: ⁊ ad ſpiritualeȝ reducere ſenſum: et cūcta huiuſcemodi prohibita ſoluere. maxime cuȝ hoc ſic fuiſſe futurū: ſicut i capitulo preſenti probatuȝ ē per traditionē apd̄ eos auctēticā. Porro cū ſaluator noſter ſit verus Meſſias ⁊ nō illi quos ipſi fecerūt: videlicet Bē qozeba ⁊ Barqozba: nec ille quē fingunt venturū: vt hoc totū in prima parte huius operis irrefragabilibus rationibus multipliciter eſt probatum: ipſum potuiſſe: immo debuiſſe precepta huiuſcemodi nec bona: reuocare: caſſare: ac ſoluere manifeſtum eſt. ¶ Cerimonias auteȝ Iudaicas: precepta nō bona: idcirco dixerim: qȝ dñs ſic vo

cit eas i Ezech.20.d.Ego dedi eis precepta nō
bona:⁊ iudicia in quibus nō viuēt.Et pollui eos
i dōarijs ſuis i trāſferēdo vl' traducēdo:oē apiēs
matricē:ꝑꝑ delicta ſua/ vl' vt deſolarem eos: vt
ſcirēt q2 ego ſū dñs.Glo.Ra.Se.Lemaan aſſim
mē.i.vt deſolarē eos atqꝫ deſtruerē. Aſſimmē.i.
deſolarē eos:ē ligua deſolatiōis. Qui ǧ exponit
ipſū ligua delicti.i.dicēdo ꝑꝑ delicta ſua:errans
ē.Aleph eni ꝗ ibi ē:nō ē de radice dictiōis:vt ſciāt
vel ſcirēt.⁊c.Cū adduxero.ſ.ſuꝑ eos malū. Hec
Ra.Se.¶ Auguſtinus ad Hieronimū.Cur nō di
cam precepta illa veterum ſacrificiorum:nō bo-
na eē:q2 nō eis hoies iuſtificātur:Umbre ſūt eni:
ꝓnunciātes grariā qua iuſtificamur. Nec tamen
mala:q2 diuinitus p̄cepta ſūt tēpori ꝑſoniſqꝫ cō-
gruētia.Cū me adiuuet etiā prophetica ſentētia:
ꝗ dicit de⁹/ſe illi populo dediſſe p̄cepta nō bona.
Forte enim propterea nō dixit mala:ſed tātū nō
bona.i.nō talia:vt illis homines boni fiant. Hec
Augu.Et nota ꝙ ad cōfirmationem huius ſentē
tie:facit ꝙ omnes etiā patres:vt Abrahā ⁊ alij:
fuerunt deo culpabiles.Ita ꝙ non obſtātibus ſa-
crificijs ⁊ obſeruātijs alijs iuerūt oēs ad iſernū.
Ut in prima pte huius libri caplo.18.ē probatuꝫ.
¶ In Iſaia quoqꝫ.40.d.taliter ſcriptum eſt. Et
libanus nō eſt ſufficiēs ad ſuccēdēduꝫ:⁊ aialia ei⁹
nō ſufficiūt ad holocauſtuꝫ.Glo.Ra.Se.ad ſatiſ
faciendum pro pctis gentiū. ¶ Libanus autē vo
catur tēplum:in Medras Sir Haſſ:rim.i.Canti.
Cant.7.b.vbi exponitur. Naſus tuus ſicut turris
libani.Hec eſt dom⁹ ſctūarij.Quēadmodū enim
naſus iſte datus eſt in altitudine hominis:ita do-
mus dñi tēplū data eſt in altitudine ſcl'i.ſicut tur-
ris libani. Non ē liban⁹ niſi dom⁹ ſāctuarij.ſicut
dictum eſt Deuto.3.f.Mons iſte: vehalebanō:et
liban⁹. Liban⁹ itaqꝫ.i.tēplū:vt hic probaꝫ: ſicut
non erat ſufficiens cū omnibus holocauſtis ⁊ ſa-
crificijs ſuis ad ſatiſfaciēdum pro pctis gentiuꝫ:
quēadmodū a Rabi Selomo paululū ante dictū
eſt. Sic nec ad ſatiſfaciendū pro peccatis Iudeo
rū erat ſufficiens:cū oēs irent ad infernum:tā bo
ni:ꝙ̄ mali:licet differenter. Ut in prima parte ca
pitulo.18.cuilibet ītuenti eſt ſufficiēter probatuꝫ.
¶ In Bereſſit quoqꝫ Raba Rabi Moſſe Hadar-
ſan:ſuꝑ Geñ.27.a.taliter ſcriptū eſt.Et fuit cum
ſenuit Iſaaq.Rabi Nahmis dixit.Dilecte ſūt tri
bulationes apud deū.ſ.magis ꝙ̄ ſacrificia. Sacri
ficia quippe fiunt de diuitijs hominis:tribulatio
nes vero de corpore ipſius.ſicut dictū eſt Iob.2.
b.Pellez pro pelle:⁊ quicq̄d habet vir:dat ꝓ ani
ma ſua. ¶ Predictis quoqꝫ addendū eſt qḋ legiꝫ
in Medras Tibillim:ſuꝑ ps.45.Suꝑ me Deus
vota tua ſoluā: Todot.i.cōfeſſiōes vel laudes ti-
bi.Dixit Rabi Pinhas:in noīe Rabi Leui:⁊ Ra-
bi Iohānā:i noīe Rabi Menahem.Oēs orōnes
erūt caſſe i futuro:⁊ ꝯfeſſio vel laus nō caſſabiꝫ:⁊
oīa ſacrificia ceſſabꝫ/⁊ caſſabūꝫ:⁊ ꝯfeſſio vl' laus
nō ceſſabit ieternū.ſicut ſcriptū ē Neemie.xij.e.
Et ſtabūt due ꝯfeſſiones i domo dñi: vna ꝯfeſſio
loco orōnis:⁊ alia ꝯfeſſio loco ſacrificij. ¶ Pre-
dictis ēt ꝯiūgit ꝙ i ps.50.taliꝫ ſcriptū ē.Dñe labia
mea apies:⁊ os meū ānūciabit laudē tuā. Nō eni
vis ſacrificiū ⁊ dabo:Holocauſtū nō affectabis.
Sacrificia dei ſpūs ꝯfract⁹ cor ꝯfractū ⁊ ꝯtritum
Deus nō deſpicies.¶ Subnectēduꝫ ē ēt iſtis ad-
huc qḋ legiꝫ i libro ſuta.i.ſtulte i Pereq Hāmaq
de/le iſto.Dixit Rabi Iehoſſua fili⁹ Leui.Ueni ⁊
vide ꝙ̄ magni ſunt hūiles ſpū.In tpe eni ꝗ dom⁹
ſctūarij erat ſtās:hō erat ſacrificās holocauſtū:⁊
merces holocauſti erat i manu ei⁹.Ille vo cuius
ꝯſcia ē hūilis.ꝓide habet ſcptura/ac ſi ſacrifica-
ret oīa ſacrificia.ſicut dictū ē ps.l.Sacrificia dei
ſpūs ꝯfract⁹.Et nō ſolū h:ſꝫ ēt ꝙ orō ei⁹ nō ē re-
probata.ſicut dictū ē ps.50.Cor ꝯfractū ⁊ ꝯtritū
De⁹ nō deſpicies. ¶ Adhuc ēt p̄miſſis addēdū ē
id qḋ legiꝫ i libro ſanhedrin/ i Pereq / Nigmar/
Hadin.b.Dixit Rabi Iehoſſua Ben/Leui. Ois
imolās fomitē vl' ꝯcupiſcētiā ſuā:⁊ ꝯfitēꝫ ꝯtra ip
ſam:ꝓide habet ſcriptura:ac ſi honoraret deuꝫ i
duob⁹ ſcl'is.Quoꝝ vnū ē ſcl'm iſtō:⁊ aliō ſcl'm fu
turꝝ.ſicut dictū ē i ps.Immolās ꝯfeſſionē hono-
rabit me.Dixit ēt Rabi Iehoſſua Ben Leui.Ue-
ni ⁊ vide ꝙ̄ magni ſūt ꝯtriti ſpū.⁊c.ſicut dictū eſt
ſupra i ꝓpria traditione. ¶ Notādū ē aūt ꝙ rōna
biliꝫ ſcꝫm p̄miſſa ꝯſiderēꝫ ea ꝗ ſacrificabāꝫ. Que-
dā ſignificabāt vitia mortificatiōēqꝫ vitioꝝ.que
dā vo v̄tutes ⁊ bonos mores:vel Xp̄i paſſionem.
Primogeniti qppe ouiū h ē agni qs offerebat Abel
dño.Geñ.4.a.Et agn⁹ paſcal'.Exo.xij. prefigu-
rabāt Xp̄i paſſionē:atqꝫ Xp̄m occidēdū ꝓ pctis
hoim.Hirci vo ⁊ capre:⁊ q̄dā alia:ſignificabāt vi
tia/⁊ pctā:et carnis mortificationē i penitētia ꝓ
pter ipa.In hirco nāqꝫ ⁊ capra vniuſcuiuſqꝫ pctō
ris fetēs:⁊ luxurioſa iiq̄tas:plenaqꝫ vbis ipudiciꝭ
deſignaꝫ.Ac ſic a ſiliꝫ:i thauro ſuperbia:i vitulo
laſciuia.In hedo ⁊ i paſſere:clamor ⁊ iconſtātia.
Que q̄dē cū i ꝯfeſſiōe ꝑ penitētiā:ad dei honoreꝫ
mactāꝫ ⁊ deſtruūꝫ i ſacrificiū fit ei valde accepta-
bile:qḋ i illis ſacrificijs ātiqs:vt iā dixim⁹ p̄figu-
ratū ē.ſic ei ſcptū ē ps.49.Nūq̄d māducabo car
nē thauroꝝ.⁊c.vt ſupra.Et i ps.50.Uictie vl' ſa-
crificia dei.Ruah:Niſbara.i.ſpūs ꝯfract⁹.Cor cō
fractū ⁊ ꝯtritū de⁹ nō deſpicies.ꝙ q̄dē paulo āte
expoſitū ē.Porro ſacrificia q̄ figurabāt v̄tutes ⁊
bonos mores:erāt ouis ⁊ agn⁹:bos ⁊ aries:tur-
tur ⁊ pull⁹:colūbe:⁊ his ſilia.In oue qppe ſim-
plicitas ⁊ mltiplex vtilitas. Innocētia i agno at
qꝫ māſuetudo.In boue fructuoſa p̄dicatio.In a-
riete vo viriꝫ ⁊ māſueta p̄latio ſig̃baꝫ.In turte āt
ꝗ ſuo ꝑdito ꝯiuge:nūq̄ vlt⁹ copłaꝫ alti/caſtitas.
In colūbis q gregatim volāt:caritas figurabaꝫ.
¶ Ex p̄dictꝭ igꝫ ſatꝭ pꝫ q̄lia ſacrificia velit De⁹.
Et ēt ex eo ꝙ ſcptū ē.Oſee.vi.b.i ꝑſona dei dicē
tꝭ.Quia miaꝫ volui:⁊ nō ſacrificiū ⁊ cognitioneꝫ
dei pluſꝙ̄ holocauſta. ¶ Deniqꝫ ꝙ a gētib⁹ Xp̄i-
anis ⁊ nō a Iudeis vellet de⁹ ſupradicta ſacrificia
ſpūalia ſibi offerri:Iudeis ꝑfidia reprobatꝭ. Ibi
oñdiꝫ vbi ꝑ Malachiā ꝓphaꝫ.1.e.taliꝫ dꝫ. Nō eſt
mihi volūtas i vobꝭ ait dñs exercituū.Et mina
.i.mun⁹ vl' oblatio:nō placebit mihi de mānu vrā.

Ab ortu ei ſol' vſqȝ ad occaſũ: magnũ eſt nomen meũ i gẽtibus: ⁊ in oi loco ẽ thurificator / ⁊ appropinquator noi meo: et Minha. i. oblatio munda: q: Gadol. i. magnũ ẽ nomẽ meũ i gentib⁹: ait dominus exercituũ. ¶ Qualiter aũt hoc totũ itelligendũ ſit: oſtẽdit elegãter Rabi Abrahã / Auen / Azara: q̇ hec in ſuo Perus exponit in hũc modũ. Quãobrẽ vos eſtis cõtẽpnentes nomẽ meũ: ⁊ ipſum eſt magnũ / ⁊ glorioſũ etiã in gentibus: Reputatur aũt i oculis meis honor magn⁹ quo ipſi honorãt me. Ac ſi ipſi i omi loco adducerẽt nomini meo thurificatorẽ / et appropinquatorẽ / et oblatiõnẽ / vel munus mundũ. Nõ quẽadmodũ vos facitis i offerẽdo / vel appropiquãdo faciei mee. Panem pollutũ / ⁊ cecũ / ⁊ claudũ. Rabi vero Selomo exponendo iſtud ait. Rabini noſtri expoſuerunt iſtud dicẽtes. Dicit homo ſocio ſuo. Claude mihi portã iſtã: ⁊ nõ eſt poſcẽs ſup hoc mercedẽ. Accende mihi lucernã / et nõ eſt querẽs ſuper eo mercedẽ. Uos aũt / q̇s eſt etiã i vobis: q̇ claudat oſtia vel portas meas gratis: Neqȝ illũinatis altare meũ gratis. Quare ſequit̃: q̇ multo minus feceritis gratis: res quarũ via. i. mos eſt vt fiant pro mercede. Propt̃ hoc nõ ẽ mihi volũtas in vobis. Magnũ eſt nomẽ meũ in gentibus et i oi loco. ⁊c. Spontanei erũt nomini meo etiã gẽtiles. Hec Ra. Se. Tranſtulit Jonatas non ẽ volũtas corã me in vobis. dixit dñs exercituũ. Et Corbã . i. ſacrificiũ nõ ſuſcipiã de manib⁹ vr̃is. ⁊c. ¶ Si eni attẽdat̃ ad ea q̄ dicta ſũt: leue erit concludere Judeis: id q̇d ſcriptũ eſt ad Hebreos caplo. 7. c. Trãſlato eni ſacerdotio neceſſe eſt: vt legis trãſlatio fiat. In quo eni hec dr̃ de alia tribu eſt: de q̄ nullus altari p̄ſto fuit. Manifeſtum ẽ eni q̇ ex Juda ortus ſit dñs nr̃: in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moiſes locutus eſt. Et amplius adhuc manifeſtũ eſt: ſi ſm ſimilitudinẽ Melqiçedeq: ſurgit alius ſacerdos: qui nõ ſm legẽ carnalis mandati factus eſt: ſed ſm virtutẽ vite inſolubilis. Conteſtatur eni / quoniã tu eã ſacerdos ineternum ſcd̃m ordinem Melqiçedeq. Reprobatio quidẽ fit p̄cedentis mãdati: propt̃ infirmitatẽ et inutilitatem. Hec Paulus. ¶ Meſſias itaqȝ. i. Chriſt⁹ dei fili⁹ ſm ſuã diuinitatẽ ⁊ ſapiẽtiã patris: cui⁹ leges ſũt miſſus a patre deſcendit de altiſſimis a ſede magnitudinis ſue: pro ſalute et redemptiõe humani generis: et inde venit ad Sion et ad Hieruſalem ibiqȝ legem ſuam. i. euangelium compleuit: predicando / ammonendo / ſuadendo / argueudo / miracula faciendo / moriendo / reſurgendo / ad celos aſcẽdendo / et lumen ſpiritus ſancti / apoſtolis deſtinando. Et exinde exiuit lex eius: vt prophetatum fuerat per Jſa. 2. a. dicentem. Quoniam ex Siõ exhibuit lex: et verbum domini de Hieruſalem. Lex autẽ Moiſi de Sinai venit ad Hieruſalez. Lex vero Chriſti per Apoſtolos / et alios diſcipulos: exiuit de Hieruſalez ad gentes: vt prophetauerat Jſaias capitulo. 42. Et legẽ eius iſule ſpabũt. Idẽ i Targũ. Et ad legẽ ei⁹ gentes expectabũt. Glo. Ra. Se. Et ad legẽ ei⁹ iſule expectabũt. i. gentes vel gẽtiles. Infatuati igit̃ ſũt Judei moderni: ⁊ a veritate diuie ſcripture omnino deuij: q̇ aſſerunt Meſſiã fore coactũ legib⁹: quez ſuperius eſſe deũ multiplicit̃ ẽ probatũ. Ipſe q̇ppe eſt q̇ legẽ dedit in Sinai: ⁊ legũ cõditor / ⁊ hominum: quibus leges ſunt tradite: ⁊ omniũ q̄ i celis / ⁊ ſub celis ſũt: vt ſimiliter eſt probatũ. Dignũ enim fuit: vt in ſuo deſcenſu reſeruaret ad dandũ maiora / ac meliora: q̇ ea q̄ Moiſi i mõte Sinai tradita fuerant. Unde quicquid Judei balbuciũt in p̄dictis: refellũt̃ poptie p mltiplices traditiones de eorũ Talmud: cui nõ audẽt reſiſtere: iam ſup⁹ denotatas / nec nõ ⁊ p diuinã paginã veteris teſtamẽti. Nullus itaqȝ tenet̃ ad obſeruãtiã ſabbati: nec aliaꝝ cerimoniarũ: maxie cũ ſupius habeat̃: q̇ lex Moiſi euaneſceret corã lege Meſſie. Nec heret memoria ſignorũ ſeu miraculoꝝ egreſſionis Egypti. Et q̇ lex redigeret̃ ad nouitatez. Et oia prohibita ſoluerẽt̃. Et q: ſolis Judeis ad obſuãdũ / ad tẽp⁹: datũ ẽ ſabbatũ: ⁊ q̇ ſint a deo ip̄petuũ reprobati q̄diu. ſ. iudei extiterit / ſignuz tale reprobatoꝝ ab elect; a deo penit⁹ ẽ vitãdũ.

¶ Capitulum. xvj. Qualiter diabol⁹ procurauit reſtaurare legẽ Judeis. Et iteꝝ aliq̄ de ſabbato.

SAne expleto capitulo de ſabbato ⁊ cerimonialib⁹ nõ obſeruãdis ad literã: vt videt̃. Subſequẽter in iſto caplo p̄poſuimus dicere q̄lr de⁹ legalia Judeis abſtulit p Romanos. Et ſignãt circũciſionẽ ⁊ ſabbatũ. Et q̄lit̃ eis iſta duo / ⁊ alia reſtituerit: ⁊ etiam de ſabbato: aliq̄ denuo tãgemus. ¶ Et ſciẽdũ q̇ poſt deſtructionẽ factã p Titũ et Ueſpaſianũ: habitauerũt Judei Bitter. In q̄ nimia mltitudie mltiplicati ſũt. Ibiqȝ eis prohibitũ fuit: vt dictũ ẽ a Romanis obſeruãtiã ſabbati: ⁊ circũciſionẽ facere: ac nõ a mẽſtruat; abſtiere. Scriptũ eſt eni de ciuitate Bitter / i Maçechta / Gittin / Pereq / Hãni / çagin. e. Dixit Rabi Simeon fili⁹ Gamaliel. Quid ẽ q̇d ſcriptũ ẽ Treñ. iij. f. Ocul⁹ me⁹ cõfecit aiaȝ meã ex oib⁹ filiabus vrbis mee: Quadrigẽte ſinagoge erãt i Bitter: ⁊ in q̄libet erãt: quadrigẽti magr̃i pueroꝝ: ⁊ q̇libȝ habebat quatuor pueros ſcolares de domo Raban. Et q̄n p̄ualuit iimic⁹: cepit eos / ⁊ iuoluit eos i cartis ſuis ac libris / ⁊ p̄iecit i ignẽ. Tradideũt ãt Rabanã. i. magr̃i q̇ cũ iuiſſet Rabi Joſue fili⁹ Ananie ad caſtrũ q̇dã magnũ q̇d erat Rome. dixeſt ei: q̇ puer q̇dã pulcherrim⁹ erat ibi icarceratus. Juit itaqȝ ad oſtiũ carceris / ⁊ dixit. Quis dedit i direptionẽ Jacob: ⁊ Jſrl' vaſtãtib⁹. Jſa. 42. Rñdit puer ⁊ ait. Nõne adõai iſte cui peccauim⁹: Et nõ volueſt i vijs ei⁹ ãbulare / ⁊ nõ audieſt legẽ eius: Ul' nõne adonai iſtõ: q: peccauim⁹. ⁊c. Et effudit ſup eũ idignationẽ furoris ſui: ⁊ forte bellũ: ⁊ ɔbuſſit eũ i circuitu / ⁊ nõ cognouit / ⁊ ſuccẽdit eũ: ⁊ nõ poſuit ſup cor. Hacten⁹ i Talmõ. Et nota q̇ p h̃ q̇d p̄pha dr̃ Adõai iſte oñdit mãifeſte de Meſſia ſe fuiſſe locutũ. Qui Adonai, i. de⁹ demõſtra

bilis ẽ:cauſa hũanitatꝫ aſſũpte. Manifeſti⁹ vero p id quod ſubdit. Et non audierunt legem eius. Legẽ quippe datã p Moiſẽ/⁊ audiebãt/⁊ ei etiã Romanis prohibẽtibus operam dabant / morte non obſtãte:que eis ob hoc infligebaẗ frequẽter Legem vero dñi nr̃i Jeſu Chriſti:de qua in Hiere.31.e. Scidã domui Jſrael/⁊ domui Juda Berit nouã.i.legẽ. Unde ſubdit. Nõ ſicut Berit quẽ ſcidi cum p̃ribus eorum in die qua cõfortaui manum eorum:vt educerẽ eos de terra Egypti.⁊c. Legem iſtã nouã Judei noluerunt audire vſqꝫ in hodiernũ diem. Et idcirco vt in precedentibus dictum eſt. effudit ſuper eos p Romanos idignationẽ furoris ſui:⁊ forte bellum. ¶ De deſtructione Judeorum facta p Romanos.ſ.p Titũ ⁊ Veſpaſianum/⁊ malicia eorum/⁊ reliquarum ſuerũ. Legitur Hiere.v.a. Circuite vicos Hieruſalẽ/et videte obſecro/⁊ ſcitote/⁊ inquirite in plateis eius. Si inueneritis virum/ſi eſt agens iudiciũ:q̃rens veritatem vel fidẽ:⁊ propicius ero ei.i. Hieruſalem. Et ſi viuit dñs dixerint:veruntamen ad falſitatem iurabunt. Dñe oculi tui:nonne ad veritatem/vel ad fidem? Percuſſiſti eos/⁊ non doluerunt. Conſumpſiſti eos:⁊ renuerunt accipere diſciplinam. Fortificauerunt facies ſuas pluſq̃ petra renuerunt redire. Et ſubditur. Aſcẽdite i muros eius ⁊ diſſipate:⁊ conſumationem non faciatis. Auferte palmites ⁊ propagines eius.qꝛ non ſunt dño. Proditione eñi prodiderũt me/domus Jſrael/⁊ dom⁹ Juda dixit dñs. Negauerũt dñꝫ et dixerunt. Non eſt ipſe neqꝫ veniet ſuper nos malum:⁊ gladium ⁊ famẽ non videbimus. Et ,pphete erunt ad vẽtum/vel ad ſpiritum:⁊ ſmocinatio nõ erit in eis:hoc fiet eis. ¶ Legiturqꝫ in Bereſit Rabs minori ⁊ maiori:ſuper illud Geñ.48.g. Et dixit. Non diſpliceat queſo dño:⁊ loquar etiã hac vice. Si forte inueniaẗ ibi decẽ? Et dixit. Nõ deſtruam propter ipſos decẽ. Quare decẽ? Quia iã remãſerãt in generatione diluuij octo:⁊ nõ ſuſpendit Deus.ſ.ſeculum ob meritum eorum. Alia expoſitio. Quare decẽ? Quia erat opinans:q̃ ibi eſſent.x. Lot:videlicet ⁊ vxor ipſius:⁊ quatuor filie eius:⁊ quatuor generi ei⁹. Rabi Juhuda ⁊ Rabi Hãnina dixerunt.ſ.dictum eſt decẽ hic:⁊ i Hieruſalem ſaltem vnus:hoc eſt autem qđ ſcriptum eſt Hiere.v.a. Circuite vicos Hieruſalem:⁊c. Et ſic eſt dicẽs. Eccle.vij.f. Una ad vnam ad inueniendum computum vel numerum. Dixit Rabi Jſhaq. Et vſqꝫ ad quot inuẽtio nũeri vſqꝫ ad vnã. Hucuſqꝫ traditio. ¶ Hic notãdum q̃ in prioris tẽpli deſtructione plures iuſti fuerunt/⁊ iueniri potuerunt in Hieruſalem. Fuit quippe ibi Baruch filius Nerie:de quo Hiere.36.b. Et vocauit Hieremias Baruch filiũ Neeria. Et ſcripſit Baruch ex ore Hieremie: oĩa v̈ba dñi.⁊c. Erat quoqꝫ ibi Abdemelech ethiops. Qui extraxit Hieremiam de ciſterna vbi moriebaẗ:vt habeẗ Hiere.38.c. Et audiuit Abdemelech ethiops vir eunuch⁹.⁊c. ⁊ locutus eſt regi dicẽs. Dñe mi rex male fecerunt viri iſti:quicq̃d fecerũt Hieremie ,pphete quẽ miſerunt in puteum/et moritur.⁊c. Cui propẗ hoc dixit dñs per Hieremiam.39.g. Quia eruẽs eruaꝫ te:⁊ in gladio non cades. Et erit tibi aĩa tua velut ſpolium:qꝛ cõfiſus es:vel qꝛ ſperaſti in me: dicit dñs. Fuit etiam ibi domus.i.familia Rechabitarum. De quibus Hierẽ.35.b.⁊.g. Uade ad domũ Rechabitarum et loqueris ad eos.⁊c. Non abſcidetur vir de Jonadab filio Rechab ſtãs corã me: omnibus diebus. Fuit nihilominus ibi hoc eſt in Hieruſalẽ propheta Hieremias. Cum igitur oẽs iſti iuſti et alij forte q̃plurimi fuerunt in Hieruſalem tempore deſtructionis tẽpli prioris:manifeſtum eſt p finem pauloante dicte traditionis ex q̃ habetur q̃ nullus iuſtus inuent⁹ eſt in Hieruſalẽ: q̃ principium ſupradictorũ Hiere. v̈borũ.ſ.circuite vicos Hieruſalem.⁊c. non loquitur de ipſa deſtructione facta p regeꝫ Babilonis:ſed de vltima facta p Titũ et Veſpaſianũ. Cur v̈o Deus Judeos deſtruxerit/ac reprobauerit: oſtẽdiẗ cauſa cuꝫ diciẗ. Proditiõe eñi prodiderũt me domus Jſrael/et domus Juda. dicit dñs. Que vero ⁊ qualis fuerit iſta proditio:oſtendiẗ cum ſubiũgiẗ. Negauerũt dñm:⁊ dixerunt. Nõ eſt ipſe. Deniqꝫ cũ dñꝫ deũ Judei tẽpli ſcõi v̈bo nullo facto colẽdo.ſ.idola nequaq̃ negauerit: ,pculdubio patet q̃ tũc negauerũt dñꝫ et dixerũt ipꝫ nõ eẽ ipꝫ: qñ reprobãtes dñm Jeſum Chriſtũ:dixerũt ipſũ nõ eẽ Meſſiam:ac pro ipſo duos falſos Meſſias:vnuꝫ poſt aliũ cõſtituerũt:vt dictũ eſt in prima pte capitulo x. ¶ Percuſſit eos leo de ſilua Hiere.v.a. Gloſa Ra. Se.i.regnũ babilonis. Lupus deſerti vel veſperi.⁊c.regnũ medorum. Pardus.⁊c.regnũ Grecorũ. Omnis egrediẽs ex eis:predabiẗ p Edom .i.p regnum Romanũ. Hec Ra. Se. Per iſtaꝫ gloſam habeẗ apte q̃ ab illo loco vbi dr̃ i v̈bis Hieremie. Oĩs exiens ex eis predabiẗ. ⁊c.q̃ ſequiẗ. Oportet itelligi de deſtructiõe facta p Romanos vbi p̃dicta v̈ba ſũt.ſ. auferte palmites vl̃ ,ppagies ei⁹:qꝛ nõ ſũt dño. Proditiõe ei ,pdideẗ me dom⁹ Jſrael et domus Juda dicit dominus. Negauerunt dñm:et dixerunt. Non eſt ipſe. Nota q̃ vitis frondoſa dr̃ Jſrael. Oſee.x.a. De qua dictũ eſt ſupra. Auferte ,ppagies qꝛ nõ ſũt dño. ¶ Habeẗ ei apꝰ eos i Talmud i libro Maila:i Pereq.i. diſtictiõe q̃ icipit Qodſe/Miqheah.e. Quadã vice decreuit regnũ:neq̃.i. Romanum:q̃ Judi nõ ſuarẽt ſabbatũ: q̃ nõ circũciderẽt filios ſuos:et vt cogſcerẽt mẽſtruatas. Tũc iuit Rabi Rubẽ circinauitqꝫ ſe more.ſ. Romanorꝫ. Cũqꝫ iuiſſet et ſediſſet cũ eis:ait illis. Qui habet inimicũ depaupat eũ vl̃ ditat. Dixerunt ei. Depauperat. Ait eis. Si ita eſt non faciãt Judei op⁹ i ſabbato: vt depaupeẗ. Dixeẗ Romani. Bñ dixit. Abrogauerũtqꝫ decretũ. Rurſũ ẽt dixit eis. Qui habet inimicũ debilitat eũ/an fortificat? Dixeẗ ei. Debilitat. Ait eis. Si ita ẽ circũcidant Judei filios ſuos octauo die:vt debiliteẗ. Dixerunt. Optime dixit. Et caſſauerũt illũ. Iteꝝ dixit eis. Qui habet inimicũ mltiplicat eum vel diminuit? Dixerunt ei. Diminuit. Ait eis. Si ita eſt nõ cognoſcãt Judei menſtruatas.

Dixerunt. Benedixit / ꝛ abrogauerunt illud. Dei=
de perpenderunt ꝙ Judeus e. lex: ꝛ reſtituerūt de
cretuȝ / vt prius. Dixerunt ergo Judei. Quis ibit
ꝛ irritabit ſtatutuȝ iſtud. Uadat Rabi Simeon q̃
dicit facere ſig̃ ſiue mirabilia. Poſt euȝ vo vadat
Rabi Eleazar. Egreſſus eſt itaqȝ obuiaȝ ei. Ben=
tamalion. i. demonium ſic vocatum / et ait. Eſt
placentia veſtra vt vadam vobiſcum? Fleuit Ra
bi Simeon / ꝛ ait. Ancille domus patris apparu
it angelus ter: nobis autem nec ſemel. Ueniat er
go miraculū vndecūqȝ. Preceſſit igitur Bentam
alion: ꝛ intrauit in filiam Ceſaris. Cumqȝ perue=
niſſent dixerunt. Bentamalion egredere. Ben=
tamalion egredere. Uocatus ergo egreſſus eſt / ꝛ
abijt. Dixitqȝ Judeis Ceſar. Poſtulate quicquid
eſt vobis ad poſtulanduȝ. Introducti ſunt igitur
in domo theſauri: vt tollerēt quicquid vellēt. Jn
ueneruntqȝ cartā illam in qua ſcriptuȝ erat dictū
ſtatutum / ꝛ ruperūt eaȝ. Hucuſqȝ Talmud. ¶ Et
enim traditum eſt iā in prima parte capitulo. vi.
§. Premiſſis apte. Qualiter cornua decem de ca=
pite Jſrael fuerunt ablata propter culpam ſuaȝ:
ꝛ data Romanis / ꝛ gentibꝰ ſeculi. Jn quibus qui
dem cornibus inter cetera / cornu legis / cornu ſa
cerdotij / ꝛ cornu Meſſie nuncupant. ¶ Aduer=
tat ergo tua prudentia lector: ꝙ ꝑ iſtas duas tra=
ditiones habetur euidenter ꝙ Deus abſtulit Ju=
deis per Romanos / ſabbatum / circūciſionem: ꝛ
alias cerimonias. Cōfregit quippe in ira furoris
ſui omne cornu eorum. De quibus vnū erat lex:
vt pauloāte dictū eſt. Et nūꝙ reſtituit eis per ſe /
neqȝ per angelum / neqȝ per prophetam / vel aliū
virum ſanctum. Sed ipſi Judei recuperauerunt
circunciſionem ꝛ ſabbatum: ꝛc. huiuſmodi diabo
lico mediante miraculo: vt in dicta traditione o=
ſtēſum ē. Nullus igitur vlterius niſi ſit demonia=
cus penitus obſeruare debet ea que Deus abſtu=
lit. et diabolus tam libens ſe Judeis viſibiliter
igerendo reſtituit. Qñ enī vel vbi vnꝙ̄ ſciens dia
bolus bonum homini aliquod / niſi forte vbi per=
ſpexerit malum maius: ꝛ mortem peſſimam ſibi
ex eo imminere finaliter procurauit. Cui vnꝙ̄ bo
ni aliquid / niſi fallendi ſtudio ꝑſuaſit? Nunq̃d nō
ipſe eſt qui primos homines quaſi eis vtiliter cō
ſulendo / fefellit. Nonne ipſe contra ſanctū Job:
ipſū etiam dñm prouocauit? An ignorant Judei
miſeri ꝙ diabolus fuerit qui patres ſuos ad vitu
lum adorandum mētiendo ꝑtraxit? Quis quoqȝ
niſi ipſe: Dauid ad numerādum populum concita
uit? ſicut ſcriptum eſt. i. Paralip. 21. a. Et ſtetit ſa
tan contra Jſrael / ꝛ concitauit Dauid ad nume=
randuȝ Jſrael? Et infra. Et ceciderunt ex Jſrael
lxx. milia viroꝝ. Et in Job. 2. c. Et ait dñs ad ſa=
tan. Non poſuiſti cor tuum ſuꝑ ſeruuȝ meū Job:
ꝙ non ſit ſicut ipſe in terra vir ꝑfectus ꝛ rectus ti
mens deum / ꝛ declināns a malo: et adhuc retinēs
ꝑfectionem ſuam. Tu autē prouocaſti me ad glu
tiendū / vel ad diſſipādum eū: Hinnam. i. gratis.
¶ Deniqȝ ſcriptum eſt in libro Sabat: in Pereq
qui icipit. Dixit Rabi Aaqiba. e. Quid eſt qđ ſcri=
ptum eſt Exo. 32. a. Et vidit populꝰ ꝙ tardaret
Moiſes deſcēdere de mōte. Congregatuſqȝ ē po
pulus ſuꝑ Aaron: et dixerunt ad euȝ. Surge fac
nobis deos qui vadāt ante nos. Hic enī Moiſes
vir qui aſcendere nos fecit de terra Micraim: ne
ſcimus q̃d fuerit ei. Non legas Boſſes ꝙ ē tarda
re: ſed Baoſes. i. venerunt ſex. Nam qñ aſcendit
Moiſes in altum: ait Jſraeli. Jn fine. xl. dierum ī
principio ſex: ego veniā. Jn fine igitur. xl. dieruȝ
venit ſatan: ꝛ turbauit mūdū. i. induxit tēpeſtatē
maximā in aerē: ꝛ dixit Jſraeli. Ubi eſt Moiſes?
Dixerunt ei. Aſcendit in altum. Dixit eis. Jam ꝑ
uenerunt ſex hore / ꝛ non reſpexerunt ſuꝑ eo. Ait
ergo eis. Mortuus eſt. Et non reſpexerunt / neqȝ
curauerunt ſuper eo. Oſtendit eis igitur ſimilitu=
dinē feretri eius in nube. Hinc eſt qđ dixerunt ad
Aaron. Quia hic Moiſes vir q̃ fecit nos aſcēde
re de terra Egypti neſcimus quid factum eſt ei.
Et quid ſcriptum eſt conſequenter? Et dixit eis
Aaron. Abrumpite inaures auri q̄ ſunt in auribꝰ
vxorum veſtrarū. ꝛc. Et accepit de manu eorū: et
formauit illud in forma: ꝛ fecit illud vituluȝ fuſo=
rie. Et dixerunt. Jſti ſūt dij tui Jſrael. ꝛc. Hec tra
ditio. His ſic premiſſis dicatur Judeis: vt atten=
dant q̄ ſit eorū prudentia / q̄ diſcretio / quiſve ſen=
ſus / qui diabolū nolūt habere ſuſpectum in recu=
peratione circūciſionis ꝛ ſabbati: q̃ patres eoruȝ
ad faciendum / ꝛ ad adorāduȝ vitulum: ꝛ ad attri
buendum ſibi magnalia / que Deus fecerat men=
dacijs / ꝛ falſis prodigijs: tam ſtudioſe pertraxit.
¶ Jtem in libro Jllammednu: ſuꝑ illud Gen. 22.
c. Et accepit Abrahā ligna holocauſti: et ſuꝑ Jſa
aq filium ſuum poſuit / et accepit in manu ſua. ꝛc.
Et ibāt ambo pariter. Dixit Rabi Johānan. Cū
hoc ꝙ ipſi erāt ambulātes pariter: venit Satan
ꝛ ſtetit ad dexteram Eſaac: ꝛ ait ei. Miſeriaȝ paſ
ſe filij mulieris oī iuriam paſſe. Quot afflictioni=
bus afflicta eſt mater tua āteꝙ̄ aduenires ei? Se=
nex iſte infatuatus eſt: ꝛ idcirco eſt vadēs ad imo
landum / vel ian iandū te. Cōuertit ſe Eſaac / ꝛ di=
xit patri ſuo. Pater vide q̃d iſte dixit mihi. Dixit
ei pater eius. Non reſpicias ſuper eū. Nō enī ve=
nit niſi ad corrumpendū / ꝛ ꝓphanādū nos: ꝛ hu=
iuſcemodi ē opꝰ eiꝰ a ſeculo. ¶ Ex hijs ꝛ alijs ſu
pradictis euidenter apparet: ꝙ itentio ſtudiumqȝ
diaboli / ac volūtas erga homīes: nūꝙ̄ ē niſi ma=
la. Quare ſatis ē manifeſtū: ꝙ̄ grādis ē ſtulticia: ꝛ
ꝙ̄ magna inſania: ꝛ ꝙ̄ imēſa Judeoꝝ vecordia: q̃
circūciſionē / ꝛ ſabbatū / ꝛ alia q̄ Deus eis abſtu=
lit: ꝛ diabolꝰ reddidit: nō ceſſāt obſeruare. ¶ Qz
vo diabolꝰ iſtruat Eudeos / a q̃ ſabbatū ꝛ circūci
ſionē: nec nō ꝛ alia tenēt: Satis euidēter videt ꝑ
Talmud: q̃ mītis iſanijs / ac iſtructiōibꝰ diaboli=
cis dinā iuoluūt paginā. Marie q̃qȝ huius rei ſi=
gnū ſūt deliramēta ꝛ iſanie: q̄ ibi ſcripta ſunt. De
q̃bus vnū ē id qđ in Baba Maçia in Pereq / Hā=
meq / Qabel. c. taliter ſcriptū ē. Et auferet dñs a
te oēm egritudinē. Deutero. 7. d. Dixit Rabi Hā
nina: ꝙ oīs egritudo ſūt frigora / ꝛ calores. Dixit
ei Rabi Hānina. Oīa ſūt ī manu celi. i. ī poteſtate

dei preter frigoꝛa ⁊ caloꝛes:ſicut dictum eſt pro
verb. 22.b. Frigoꝛa ⁊ caloꝛes in via praui:cuſto=
diens animã ſuã vel ſeipſum / elõgabitur ab eis.
Rabi Eleazar dixit:ꝙ hoc eſt ſel qḋ vocatur ma
hala.i.languoꝛ. Et quare vocatur ſic? Quia lan
guere facit totum coꝛpus hominis. Uel ideo di=
citur mahala.i.languoꝛ vel moꝛbus: qꝛ. lxxxiij.
moꝛbi dependent ab eo:⁊ oẽs illos caſſat panis
cum ſale ⁊ vaſcolus aque matutine. ¶ In Baba
quoqꝫ Camma / in Pereq.i. diſtinctione q̃ icipit
haçoneç.d.talẽ textũ inſaniam Tradiderũt Ra-
bini quando moꝛtalitas eſt in ciuitate: nõ ambu
let homo p mediũ viarũ. Angelus quippe moꝛ=
tis ambulat tunc p mediũ vicoꝝ. Nã cũ daẽ ei li
centia occidendi:vadit ad libitũ ſuũ. Cum vero
pax eſt in ciuitate:non ambulet hõ per latera vi
coꝛum. Angelus quippe moꝛtis ambulat tunc p
latera vicoꝛum. Cum eñ nõ habet licentiã occi=
dẽdi / videlicet latitudo / latitat :⁊ ſic vadit. Tra
diderunt quoqꝫ Rabini quando peſtilentia vel
moꝛtalitas eſt in ciuitate: nõ intret hõ ſolus do=
mũ Sinagoge. Angelus eñ moꝛtis eſt ibi depo
nens arma ſua:ita tamen ꝙ non legant ibi pueri
nec oꝛent ibi deuꝫ. Tradiderunt quoqꝫ Rabanã
id eſt magiſtri. Canibus ploꝛãtib⁹ / angel⁹ moꝛtꝭ
venit in ciuitatẽ. Canibus vero ludẽtibus Heli=
as venit in ciuitatẽ:ita tñ ꝙ nõ ſit femina in eis.
¶ Alia non minoꝛ ſupꝛadictꝭ inſania / habeẽ in
Talmud in pꝛincipio libꝛi qui dicit̃ Aabodaza=
ra. Dixit Rabi Juhuda. Duodecim hoꝛe ſunt in
die. In pꝛimis tribus De⁹ ſanctus ⁊ benedictus
eſt ſedens ⁊ ſtudẽs in lege. In tribus ſecũdis:ſe=
det et iudicat vniuerſum mundũ. Cũqꝫ videt to=
tum mundum reum:in iudicio ſurgit de ſede iudi
cij ⁊ ſedit ſup ſedẽ pietatum. In tribus tertijs / ſe
det ⁊ paſcit totum munduꝫ / a coꝛnibus vnicoꝛ=
nium / vſqꝫ ad oua pediculoꝝ. Glo. Ra. Se. Ra=
mim.i.vnicoꝛnes ſunt animalia maxima. Oua
vero pediculoꝝ.i.lẽdes ſunt valde minuta. Hec
Rabi Se. In tribus quartis / ſedet ⁊ ludit cũ Le
uiatan. ſicut dictũ eſt ps.ciij. Leuiatã iſtũ foꝛma
ſti ad ludendũ vel ad ridenduꝫ in eo. Dixit Rab.
Aha. A die qua domus ſanctuarij deſtructa eſt:
non fuit ludus aut riſus coꝛam deo. Et vnde ha=
betur hoc? ex eo qḋ ſcriptum eſt Iſa. 22.c. Et vo
cauit dñs Deus exercituum in die illo ad fletum
et ad planctum.⁊c. A die illo vſqꝫ nunc.i.a die q̃
templum deſtructũ eſt / a quo non luſit cũ Leuia
tan / quid agit? Sedens eſt ⁊ docens pueros do=
mus Raban Gamaliel : ſicut dictum eſt Iſa. 28.
Quẽ docebit ſcientiã ⁊ quẽ faciet intelligere au=
ditũ? Ablactatos a lacte tranſlatos ab vberib⁹
Glo. Ra. Se. Ablactatos qui moꝛtui ſũt cũ erãt
paruuli. Trãſlatos in eo ſenſu quo dictũ eſt Job
9. Transferens montes. Quieta ſti ſup his q̃ deus
facit de die in nocte:quid? Sunt qui dicunt. Qꝫ
eadem agit q̃ in die. Et ſunt q̃ dicunt qḋ equitat
ſup velocem Cherub:ꝙ habet ⁊ currit.18. milia
ſecula.ſicut dictũ eſt in ps.67. Equitatio dei bis
decẽ milia milibus ſinan. Non legas ſinan.i.acu

tos:ſed ſeenan.i. que non ſunt. Gloſa Ra. Selo.
quaſi dicat. Equitatio dei eſt bis:decẽ milia ſecula
duobus milibus exceptis. Et ſunt qui dicunt ꝙ
eſt Deus ſedens ⁊ audiens tãtum ab oꝛe anima=
lium. ſicut dictũ eſt ps.41. In die mandauit do=
minus miſericoꝛdiam ſuã:⁊ in nocte canticũ ſuũ
cum ipſo. In q̃ta adhuc Judaici ſenſus abiſſo fa
tuitatis rotantur. inde oſtenditur vbi in libꝛo q̃
dicitur Hullin / in Pereq / tarfot / behema:taliter
ſcriptũ eſt. Rabi Simeon filius Paçi dixit. Scri
ptum inquit eſt Gen.1.c. Et fecit Deus duo lumi
naria magna. Et ibidẽ ſcriptum eſt. Et luminare
min⁹. Dixit quippe luna coꝛã deo ſctõ ⁊ bñdicto
Dñe ſeculi:nũquid poſſibile eſt duob⁹ regib⁹ vt
ſeruiatur vna coꝛona? Dixit eis Deus. Uade et
minoꝛare. Ait ipſa coꝛã eo. Dñe ſeculi qꝛ dixi ra=
tionabilem rem coꝛam te:minoꝛabo meipſam?
Dixit ei De⁹. Preceſto diei ⁊ nocti. Cui illa. Qua=
le dñiũ vel pꝛelatio eſt lucerne ardenti in meri=
die / ⁊ q̃ vtilitas? Ait illi Deus. Uade quia Iſrael
cõputabunt p te dies ⁊ annos. Et ipſa. Hoc quo
qꝫ nõ eſt inquit magnum. De alijs eñ ſcriptum ẽ
Et erunt in ſigna ⁊ terminos:⁊ ad dies ⁊ annos
Dixit ei deus. Juſti vocabũtur nomine tuo. Dice
tur ei Jacob minoꝛ. Samuel minoꝛ: ⁊ Dauid mi
noꝛ.nõ quieuit cum toto hoc anim⁹ eius : ⁊ ideo
ait deus. Afferte caſſara.i.remiſſionem vel pꝛo=
piciationẽ pꝛo me:qꝛ minoꝛaui lunam. Dixit Ra
bi Simeon filius Lacqis:hoc eſt quare mutat⁹
eſt hircus capi menſis: de quo dictum eſt Nume
ri.28.d. Hatat.i. ppeccato dño. Dixit deus ſan=
ctus ⁊ benedictus. Hirc⁹ iſte erit caſſara.i.remiſ=
ſio pꝛo me quia minoꝛaui lunam. Huc vſqꝫ Tal=
mud. ¶ Igitur ex pꝛemiſſis prudẽs lectoꝛ aduer
tat iſanijs:nec nõ ⁊ ex alijs huiuſmodi inumera=
libus quas in Talmud ⁊ in libꝛis alijs apud eos
poterit inuenire / q̃ imenſa ira dei / Judaica ſit
repꝛobata impietas:q̃ validis arepta demoni=
bus:q̃ deum oĩpotẽtẽ ⁊ impaſſibilẽ ac ſumme ſa
pientẽ dicit ⁊ credit impudentiſſima fatuitate de
lirãs:ſupꝛadictis defectibus ac paſſiõib⁹ ſubiace
re. Nec eſt minoꝛis inſanie ꝙ Talmud fabulis ta
libus plenum:legem eſſe dei datã Moiſi oꝛete=
nus in monte ſinai aſſerũt impudẽter. ¶ Supꝛa
dictis adhuc videtur addendũ:illd qḋ de ſabbato
ſcriptũ ẽ in Bereſſit minoꝛi: vbi dicitur Gen. 2.
a. Bñdixit deus ſeptimũ diẽ. Dõnus Ruffus neq̃
queſiuit a Rabi Aqiba : ⁊ ait ei. Et quid eſt inter
virum ⁊ viros? Dixit ei. Quid dixi tibi? Et q̃d di
xiſti mihi? Ait ei. Dixiſti mihi in quo differt ſab=
batum ab oĩbus alijs dieb⁹. Dixi ego tibi : quid
eſt Ruffus ab oĩbus alijs viris? Dixit ſibi. Exce=
dit rex pꝛopter gloꝛiam ſuam. Sic quoqꝫ voluit
deus diem iſtũ honoꝛare. Unde tu facies me ſci
re iſtud. Dixit ei. Fluuius ſabbati Jan⁹ arguit ꝗ
qui trahit lapides p totã ſeptimanã / ⁊ in ſabba=
to quieſcit. ¶ Si vis lectoꝛ figmentum hoc Ju=
daicum contra ipſos cõuertere / dicas quẽadmo
dũ fluuius ſupꝛa fictus fuit ſignũ obſeruandi ſab
bati:qñ p totã ebdomadã currebat trahendo. la

gidēs: ⁊ quieſcebat in ſabbatis: vt ipſi fabulant̄. Sic eſt nunc efficax argumentū non obſeruandi ſabbatum: cum nuſq̄ ſub celo ſit fluuius q̄ magis quieſcat in ſabbatis q̄ ceteris diebus. Per totuꝫ quippe mundū diſcurrunt mercatores. Qui ſicut ꝓducunt medicinales variaqꝫ pigmenta de India que eſt in oriente vſqꝫ ad Hiſpaniam q̄ eſt in occidente: deinde vſqꝫ ad Anglicos / atqꝫ Norvergios / ⁊ Scotos: ⁊ ſic ad totum mūdum. Sic tm̄ quid ſi verum eſſet inuicē ſibi narrarēt: ⁊ nomen prouincie vbi talis eſſet fluuius / Judeis ꝓcurantibus non tacerent. ¶ Ad ſabbatum etiam pertinet qȯ ſcriptuꝫ eſt in Bereſſit minori: ſuꝑ illud Geñ. 2. a. Et ꝯpleuit de⁹ in die ſeptimo op⁹ ſuū qȯ fecerat. Et iſtud eſt vnū de verbis qȯ mutauerūt ſapientes ꝑtholemeo regi. Ptholeme⁹ rex interrogauit ſeniores dicens. In quot dieb⁹ creauit deus ſanctus ⁊ benedictus mūdum ſuū? Dixerunt ei. In ſex. ſicut dictuꝫ eſt Geñ. ij. a. Et cōpleuit deus in die ſexto opus ſuum. Hec in Bereſſit. ¶ Nota q̄ ad hoc dicit beat⁹ Hieronym⁹ ſuꝑ hunc locum in libro Hebraicarum queſtionū quarto capitulo. Et cōſumauit deus in die ſexto opera ſua que fecit. Pro die ſexto in Hebreo dieꝫ ſeptimā habet. Artabimus igitur Judeos qui de ocio ſabbati gloriātur: q̄ iam tunc in principio ſabbatum diſſolutum ſit dum deus operat̄ i ſabbato: complens opera ſua in eo: ⁊ benedicens ipſi diei: quia in illo vniuerſa cōpleuit. hec Hieronymus. ¶ Tu autē ſi nimiū vis artare Judeos erga ſabbatū id qȯ ſupradictum eſt: veniat in publicū: videlicet: q̄ deus Judeis ſabbatū abſtulit: et diabolus reddidit. Et illud etiā vbi ꝓbat̄ q̄ in diebus Meſſie: nulla debet fieri memoria prioꝝ. ¶ Ad adiuuandū quoqꝫ dictum Hieronymi poteſt oſtendi q̄ non ſolum in principio ſꝫ etiā poſt preceptū propter multa ſoluebat̄ ſabbatū a Judeis: ⁊ q̄ multotiens poſt modū ſolutū ſit ab eis. ¶ Ad qȯ facit illud qȯ ſcriptū eſt in libro qui dicitur Cifre: ſuper illud Numeri. 9. b. Et fecerunt paſcha in primo. ⁊c. Non fecerunt niſi iſtud paſcha tm̄. Rabi Eleazar eſt dicens. Et ſabbatiçauit populus in die ſeptimo. Exo. 16. f. Docet per hoc q̄ oībus. xl. annis quibus fuerunt Iſrael in deſerto: non fecerunt niſi primum ſabbatum tm̄. Et ſic eſt ipſe dicens. Amos. v. g. Nūquid ſacrificia ⁊ minha id eſt oblationem obtuliſtis mihi i deſerto quadraginta annis domus Iſrael.

¶ Ad idem quoqꝫ facit qȯ legitur in libro qui dicitur Ceder Olā / in ꝑereq. i. diſtinctione q̄ incipit. Et popul⁹ aſcenderūt de Jordane. Joſue. 4. f. Et infra. Joſue. vj. d. In die ſeptimo: ⁊ manicauerūt quaſi in aſſenſu aurore. ⁊c. Dixit Rabi Joſe. Dies ſabbati erat quando fuit preliū Hierico. ¶ Ad hoc etiā eſt id qȯ ſcriptū eſt i Bereſſit minori ſuper Geñ. xvij. vbi dicitur. Oēs viros domus ſue. Inuenimus q̄ non fuit capta Hierico: niſi in ſabbato. Dixit Rabi Rahmon. Hoc eſt qȯ ſcriptum eſt Joſue. vj. b. Et in die ſeptimo circuiuitis ciuitatē. vij. vicibus. ¶ Adhuc facit ad predicta qȯ legitur in libro qui dicitur Ros Haſſana / in ꝑereq. i. diſtinctione q̄ incipit Arbaa roſſe / ſanim. a. Propter duos menſes erant ſoluentes ſabbatum: propter niſan. i. propter marciuꝫ et propter teſri. i. propter ſeptēbrem. In eis q̄ppe erant mittētes egrediētes i Suriā: ⁊ ibi emebant neceſſaria. Quādo autē domus ſanctuarij erat in ſtatu ſuo: ſoluebāt etiam ꝑꝑ oēs propter preparationē eorum q̄ erāt neceſſaria ſacrificio. ¶ Ad predicta etiā facit qȯ legitur in libro ſabbat in ꝑereq / Soel / Aden. e. Rabi Simeon dixit. Propter puerū vnius diei viuum ſoluūt ſabbatū. Dauid rex Iſrael mortuus / nō ſoluūt propter eum ſabbatū. ¶ Predictis eſt etiā addēduꝫ id qȯ legit̄ in expoſitiōe libri Numeri. xj. a. Mitte tibi viros. Nuncius precepti licitum eſt ei recedere quocūqꝫ die voluerit. Quare? q2 nuncius ē precepti. Nuncius aūt precepti excludit ſabbatū. ¶ Patres nāqꝫ eorū Abrahā / Iſaac / ⁊ Jacob: fuerūt iuſti ⁊ nō coluerūt ſabbatū. Qꝫ aūt Abraham nō coluerit ſabbatū: habetur in Bereſſit minori ſuꝑ illud Geñ. ij. a. vbi dictū eſt. Et bñdixit deus dieꝫ ſeptimā. Dixit Rabi Johānā / Abrahā nō eſt ſcripta de ipſo obſeruātia ſabbati. ¶ Auguſtinus ſuꝑ Joheꝫ. Sacramētum ſabbati antiquis patribus eſt preceptum: qȯ nos Chriſtiani ſpiritualiter obſeruamus: cū ab omni ſeruili opere ⁊ ab omni peccato abſtinemus. Sabbatū ſpirituale eſt non habere peccatū. Oē opus ſeruile inquit nō facietis in eo. Exo. xx. c. Omnis qui facit peccatum / ſeruus eſt peccati. hec Auguſtinus. ¶ Huiuſcemodi aūt obſeruantia ſabbati ꝓducit obſeruatores ad ſabbatū ſempitnū: de quo ſcriptū eſt in Medras Tihillim ſuper pſa. 89. vbi dicitur. Letifica nos ſcōm dies quibus nos humiliaſti vel afflixiſti. Scōꝫ dies quib⁹ afflixiſti nos per Babiloniā: per Greciā: ⁊ per Edō. i. per Romanos: ⁊ i diebus Meſſie. ⁊ quot ſunt dies Meſſie: Rabi Jehoſſua eſt dicens. Qꝫ duo milia annorum: ſicut dictum eſt pſa. 89. Scōm dies quib⁹ nos humiliaſti. i. ſcōm duos dies. Dies enim dei ſancti ⁊ benedicti Mille anni: ſicut dictū eſt pſa. 89. Qm̄ mille anni in oculis tuis: ſicut dies. Magiſtri dixerunt. Et ſeculū futurū dies Meſſie. ⁊c. vſqꝫ ſi deus ſanctus ⁊ benedictus in futuro faciet ei vnam diem. de qua dictuꝫ eſt zach. 14. c. Et erit dies vnus: et ipſe eſt notus domino. Non dies neqꝫ nox: et erit ad tempus veſperi. Erit lux. Iſte dies eſt ſeculum futurum: ⁊ viuificatio mortuorum. Et iſtud eſt lumen qȯ deus ſanctus ⁊ benedictus: repoſuit iuſtis in pcipio mūdi: videlicet: de quo dictum eſt Geñ. i. a. Et vidit deus ipſum lumen q̄ eſſet bonum. Et iterum eſt de ipſo dicens. pſa. 96. Lumen ſeminatum eſt iuſto. ⁊c. Iterum quoqꝫ dicit pſa. 35. Qm̄ tecū eſt fons vite: in lumine tuo videmus vel videbimus lumē. Adhuc etiam dicit Iſa. vltimo. g. Et erit ex ſufficiencia menſis in menſe ſuo: ⁊ ex ſufficiencia ſabbati in ſabbato ſuo. Iſtud eſt ſeculū futurū qȯ totū erit ſabbatū. i. requies. Huc vſqꝫ Medras. i.